

BIBLIOTHEK



Bo. 147.

1) Püschelmann, Joh

2) Pfeffinger, Joh

3) Melantion


4) Meyler, Mart.

Kurzschmidts

Philippus in Lebensden

Melantion

1497-1500



Johann Bürgenhagen
✓ 1485 - 1558

(Mant. Mylins.)

99⁴
92

Chronologia

Scriptorum

PHILIPPI MELAN-
THONIS.



G O R L I C I I

Excusum typis Ambrosij Fritschij.

Anno

M. D. LXXVII.

Chronologia

scripturae

PHILIPPUS

LANCETONIS



1611

Excelsioris

1611

NOBILI ET

CLARISSIMO VIRO,

ERVDITA DOCTRINA, VIR-

TUTE ET FIDE PRAESTAN-

tissimo Domino Iacobo Monacho Vratisla-

uiensi: amico suo in maioribus

honorando.



*V*n alia penè omnia
admiratione digna
in scriptis Melanch-
thonis inueniuntur:
tum vero tria præci-
pue sunt: quæ præ cæteris, à viris doctis
commendari solent. Primum est, quòd
quæ vel in Theologia vel Philosophia
tradidit scripsitq; omnia: ex veris ac
certis fundamentis, ipsisq; doctrinæ, rei
& causse de qua agit visceribus, hausit
atq; deprompsit. Nam cum ille unuer-
sam ecclesiæ doctrinã totamq; *ἐνκυκλιωποιε*
διὰ τῶν ἀρτιῶν fideliter mente complexam
teneret: eam intuens & perlustrans:

a 2

optime

optime perspicere potuit: quibus fundamentis utendum: et ex quibus fontibus haurienda essent certa & vera stabilienda sententiae confirmationes. Certum est una saepe vel definitione, vel distinctione, vel regula ex fundamentis doctrinae desumpta, sententiam veram ita ab eo confirmatam, falsam confutatam esse: ut subito omnes disputationes tanquam ad ictum fulminis dissipatae evanuerint. Testantur id feliciter & fortiter ab ipso talibus fundamentis eversa & prostrata Osiandri & Stanca-ri, ut alia exempla infinita non adducam, certamina: quorum illius controversiam, è cuius labyrinthis expedire sese nemo poterat, una penè voce totam explicavit, monstrata differentia inter iusticiam inchoatam & imputatam. Huius vero dogmà quàm breviter refutavit monstrata una atq; altera regula differentiarum inter nomina officij: & appela

Et appellationes naturarum? Ab hac igitur parte initio facto et quasi termino exorsus Melanchthon: postea processit ulterius, et scopum sibi certum praefixit: ad quem in omnibus dictis et scriptis collinearet. Ea fuit praceptorum ad usum dexterrima et felicissima accommodatio. Nam cum fato quodam in magnam confusionem disputationum, in omni scientiarum genere incidisset: dedit operam, ut inutilibus questionibus resectis, necessaria traderet: et quae usum haberent in vitae exercitijs communibus doceret. In hac parte cum omnia sita esse perspicacissimo ingenio animadvertisset Melanchthon: id praestitit, ut nunc quidem eo nemo rectius usum philosophiae et Theologiae monstrasse videatur. Non iam dicam de alijs artibus: hoc tantum affirmo, dialecticae et historiarum usum non sic fuisse ante Philippi tempora monstratum,

ut nunc DEI beneficio patet. Nam
cum antea ad garrulam sophisticā dia-
lectica fuissent abusi: nec ullum eius
alium usum perspexissent: Melanch-
thon ex omnibus artibus & in primis
Ecclesie doctrina depromptis exemplis
ostendit: quomodo ad explicationem
magnarum rerum præcepta huius artis
accōmodari, & quā fortiter illa ipsa
veræ sententiæ communiri, falsæ refu-
tari possent. Unde iactata illa in Scho-
lis Melanchthonijs vox: Etsi omnes
artes carere possent dialectica: tamen
in Ecclesia retinere eam necesse esset. Et
quoties beatus senex repetijt hanc sen-
tentiam? quod omnis bonus Theologus,
& fidelis interpres doctrinæ cælestis ne-
cessario sit & esse debeat, primū Gram-
maticus, deinde dialecticus, deniq; tea-
stis. Neq; aurea Philippi dialecticorum
Erotemata hodie nisi indocti contem-
nunt, docti inter miracula huius ætatis
referunt.

referunt. *Totus libellus Chronicus:*
 quē utinam licuisset auctori integrū per-
 texere, senilis sapientia Philippi precio-
 sus & egregius thesaurus: & in quo
 vere decerpfit auctor κορυφαῖς ἀπὸ πασῶν
 τῆς ἰστορίας ἀρετῶν, quid aliud est? quā
 applicatio historiarū ad praxin, & ad
 usum in vita cōmuni, in Ecclesia, in
 Repub. deniq; in maximarū omnis gene-
 ris controuersiarū dijudicatione? Itaq;
 quod Epicharmo acuto nec insulso, ut
 eum vocat Cicero, homini scripsit epi-
 taphium Theocritus, quā uerius con-
 grueret huic nostro Melanchthoni:

πολλὰ γὰρ ποτήριον ῥοὰν παισὶν εἶπε χήσιμα,
 μεγάλα χάρις αὐτῷ.

Vtilia ad vitam pueris quia plurima scripsit,
 Magna illa habenda est gratia.

Porro, ut quicquid ex fundamen-
 tis ipsis hausisset, & ad usus debitos &
 maximè necessarios referre uellet: re-
 cte explicaret: adhibuit res duas accom-
 modatissimas: sine quibus nec rectè do-

ceri quisquam: nec quæ docentur recte
percipere potest: genus nimirum dicen-
di significantissimum: & ordinem atq;
methodum planissimam: quod iam est
tertium θαυμαστόν in scriptis Philippicis.
Sermo Philippi humilior est ille quidē
& secundum Horatium, Serpit humi-
tutus nimium, pavidusq; procellæ:
verum nō ita imitabilis cuius, ut pri-
ma fronte apparet, sed plane eiusmodi,
ut secundū eundem Horatium: Spe-
ret idem, sudet multū frustra q; la-
boret, Aususidem. Hic autem hu-
milis dicendi character cum propieta-
tem mira solitudine custodiat, ad do-
cendum longe est accommodatissimus:
ceterum verecundus maxime, & mi-
ra voluptate afficiens legentē, in sim-
plicitate eruditissimus et nervosissimus.
Quemadmodum enim plus artis est in
pictura quæ lineamentis & proportioni-
bus simplicitatē naturæ emulatur atq;
expri-

exprimit: quàm in ea quæ sola varietate colorum oculis spectantium blanditur: ita nescio quid naturalis, et ut ille dixit, latentis energiæ in ea sit forma elocutionis, quam Atticam vocant, et qua usum esse constat Melanchthonē. Nam et ijs verbis utitur, quæ non aliunde petita, sed cum ipsis rebus nata videntur: et ab ornatu et cultu ocioso ita abstinet, ita affectationē omnem vitat, ut exclamare ausim id quod Fabius de Xenophontis oratione pronunciauit: Quid commemorem Melanchthonianam illam iucunditatē in affectatam, sed quam nulla affectatio possit consequi, ut ipsa finxisse sermonē Gratia uideantur. Tale sermonis genus etsi pro modestia sua extenuat Philippus et occupationum alieniorum à studijs eloquentiæ, in quas ætas illius incidisset, varietati tribuit: tamen si rem vere æstimare uoluerimus, deprehende-

a s mus,

mus, generositatem quæ in ipso fuit natura, quæq; amans est perspicuitatis, τῶν
ἄλλοις ἐὸδλὸν σαφές secundum Euripidem,
ad hoc genus animum ipsius deflexisse:
Et ut illud libentius usurparet, confu-
sionem in omni disciplinarum genere
compulisse. Ne enim res iam ante in-
tricata magis inuoluerentur: Veritas e-
lucesceret: proprietatem in explicando
quantum potuit, adhibuit: ac quasi uic-
genus uerborum: quò ad proprietatem,
quæ ad perspicuitatem & concordiam
utilis est, discentes assuescerent. Quod
quidem studiū ita cecidit, ut non tan-
tum amicis, sed etiā precipuis aduersa-
rijs nihil gratius oratione Melanchtho-
nis esset: Et multi magni viri, etsi opi-
nionibus ab eo dissentientes, tamen pro-
pter eloquentiam eum colerent, admi-
rarentur, obseruarent, ab omnibus con-
uicijs Et criminationibus abstinerent.
Ad methodum quod attinet, Et ordi-
nem

nem in tractandis artibus: nunquam
Prometheus, ut est in fabulis: tantam
mundo lucē intulit: communicato cum
mortalibus igne è cælo surrepto: quan-
tam lucem intulit artibus methodus
Philippica. Usus enim filo dialectico,
hoc est, luce illa naturæ diuinitus homi-
num mentibus in creatione impressa: in
explicandis dogmatis, & confusis rerū
labyrinthis: ex sinuosis et inexplicabili-
bus meandris atq; ambagibus omnibus
se se expediuit: & qua alij se expedirent
viam & rationē expeditissimam mon-
strauit. Hæc igitur cum ita sint: mon-
strosæ omnino naturæ, & infelici sidere
natum esse oportet: qui nō in delitijs ha-
beat scripta Philippica, cum eorum ini-
tium sit à veritate: scapus tendat ad
utilitatem, mediū sit ordo. Quid dul-
cius veritate? quid magis expetendum
utilitate? quid pulchrius ordine. Atq;
hæ summæ dotes fecerunt: ut in omni-
bus

bus bene constitutis Scholis libelli Phi-
lippici discentibus semper proponerentur.
Ac euentus ostendit hactenus, &
docebit etiam in posterum, utiliter & fe-
liciter docuisse scholas illas omnes, quae
hanc vere Orphei lyram arripuerunt,
seu potius lumen hoc diuinitus hac aeta-
te in Germania accensum praelucere sibi
voluerunt: & contra, per longas am-
bages sine hoc Ariadnaeo filo discentes
fuisse circumductos, & hodie adhuc in
luce meridiana caecutire. Denique in ea
fuerunt existimatione apud omnes sa-
niores scripta Melanchthonis: ut qui-
bus saltem ea probarentur: docti viri
nomen sibi compararent: & quod olim
Fabius de Ciceronis scriptis pronuncia-
uit: Ille se profecisse sciat cui Cicero
valde placebit: ad Melanchthoniana
monumenta accommodaretur: Hic se
profecisse sciat in erudita pietate, & pia
eruditione, cui Philippi scripta valde
place-

placebunt. Hæc de Utilibus lucubrã-
tionibus doctissimi Melanchthonis præ-
mittere Catalogo seu Verius Chronolo-
giæ scriptorū ipsius breuiter uolui. Nam
alias eius Virtutes et dona, quæ in eum
DEVS tam eximia contulit, et quibus
eum sic exornauit, ut quasi mortale nu-
men nobiscum dum uiueret, haberi pos-
set, oratione exprimere, nemo nisi pari
et eruditione et eloquentia instructus
poterit. Habuit enim ille non adum-
brata signa, sed expressas et ipsius cor-
di, quod erat domiciliū Spiritus sancti,
et uelut officina diuinarum actionum,
in sculptas imagines virtutum. Erat
in illo sincera pietas et ardens studium
pure castæq; religionis, erat miracu-
lum usq; summa ουβρυια memoria et
iudicij: erant industria uehementes sti-
muli ac laboris: flagrabat amor con-
cordiæ apud illū: uigebat amor Rei-
pub. tantus: ut illum à curis publicis
abstra-

abstrahere commoda nulla priuata possent. Neq̄ ego unquam fuisse tale organum in his terris ullum puto, tam ex multarū præclararū inter se congruentium virtutum choro, conflatum atq̄ compositum. Quis clarioribus viris omni tempore iucundior? quis doctissimis coniunctior: quis homo meliorum partium semper? quis acrior veritatis defensor? quis in voluptatibus parcior? in laboribus patientior? in benefaciendo promptior? Illa autem in illo viro admiranda fuerunt, (t) quæ ipse philosophiam suam propriam nominare solebat, inimitabili patientia tolerare omnes omnium iniurias: comprehendere omnes charitate vere Christiana: cum omnibus communicare quod habebat: seruire temporibus suorum omnium, pecunia, gratia, labore: corpore etiam si opus esset: regere affectus & cohibere naturæ impetus vehementioris: ne vel
studio

studio contentionis augere certamina,
vel mollicie animi prodere verita-
tem, vel pertinacia aut ambitione tur-
bare Ecclesias & Respub. videretur.
His ille tam præclaris virtutibus cū o-
mnes omnibus ex terris homines doctos
& sapientes sibi deunxit: tum etiam
multos fortes viros & illustres princi-
pes tenuit. Neq; unquā tantum iubar
cælestis doctrinæ nostro tempore effulsi-
set: nisi in hoc electum organū DEVS
tot naturæ et ingenij dotes tam cumula-
te contulisset. Ut aut vixit pie, iuste et
sobrie: ita mortuus est sancte & feliciter:
& memoriā studiorū & officiorū
suorum, ingenij sui desiderium ijs omni-
bus reliquit: apud quos bene veteris stat
gratia facti. Sed iam venio ad id, ut
dicā de occasione, qua hic quem edo mi-
hinatus sit catalogus. Jam alter annus
elapsus est: cum præfationes Philippis
quas primis suis lucubrationibus, quæ
iam

iam in manibus hominum non versa-
rentur amplius, quasq; aliorum scriptis
multis præfixisset, cæpi colligere. Existi-
mabam enim nefas esse cōtemnere tam
præclaras magnarū Philippi cænarum
reliquias et tam docta fragmenta: quo-
rum singula singulare aliquod argumen-
tum tractarent, et declamationes con-
tinerent de multis philosophiæ partibus,
scholis utiles atq; necessarias. Huius
collectionis meæ primum autorem debeo
nominare Theologum & Chronologum
eximiè præstantē Abrahamū Buchol-
cerum. Is enim cū animaduerneret non
abhorrere me ab hac collectionis opera:
ex bibliotheca et sua & parentis, qui
circa initia Philippum docentem au-
diisset, depromptas præfationes multas
mecum communicavit. Huc ὡς ἄλλοι
μεγος postea alij amici multi adiecerunt,
ut iam supra centū numerus mihi ea-
rum creuerit. Cum autem ipse etiam
multo-

multorum bibliothecas ea de causa inspicere necesse haberē: & in multos libellos Philippicos feliciter inciderem: cæpi simul paulatim titulos annotare, annotatos digerere, & sub annos postea suos referre. Qua in re rursus prædicare debeo nauatam à Bucholcero operam, indicante mihi plerarumq; declamationū, quæ in primos Tomos sine ordine & consignatione annorū, fuissent congestæ, annos & quasi natales earum. Si quis autem quærit, quid hic mihi labor profuerit: dicam quod res est. Deprehendi hîc multas studiorū rectè tractandorum regulas: vidi reipsa magnorum virorum scriptis celebratū Melancthonem, à puero, etiā in minimis fuisse magnum. Vidi mirabilia incrementa studiorū omnis generis: deprehendi quid diligentia, quid assiduitas, quid posteriores cogitationes possent cum in alijs Philippi scriptis, tum vel maximè in

b dialeo

dialecticis, quæ verè tanquã è flamma
exigua in maximũ incendium exiẽre,
& à tenuibus initijs exorsa, per annos
penè triginta, duplo scilicet maiore spa-
cio, quam Elephantes pariunt, opus illud
absolutũ nobis pepererunt. Vidi quã
non solum genus sermonis, sed etiã sen-
tentias de quibusdam controuersijs mi-
rigauerit, cum multa illum docerent
etas, multa vetustatis lectio, multa
Eupromidia cum doctis, multa accuratior
meditatio. Quæ si quis ipse inspiciat, in-
ter se conferat, nimirum necesse est acui
in ipso iudiciũ de multis rebus magnis.
Vidi ipsum etiã fidelem amicitie cum
doctis viris contractæ cultorem plane
talem, ut exemplum sit sententiæ Eu-
ripidis: Ille sapit ad communem utili-
tatem, qui amicis honestissima tribuit.
Animaduerti etiam integram sed ve-
riorem quã apud quosdam alios legi-
tur, historiam Ecclesiæ superiorũ tem-
porum

porum in scriptis Melanchthonis sparsim recitari: adeo ut seriem illarū historiatarum omnium qui uellet uerbis Melanchthonijs inde contexere & conscribere posset. In quo fortasse non conferre nihil possit etiam hic catalogus noster, digitum intendens ad precipua loca, in quibus historica conuentuum, comitiarum & aliarum deliberationū grauissimarum continentur. Deniq; de ijs me rebus hic labor erudit, ut indies maiore cupiditate & cognoscendi et colligendi hæc incrementa & quasi incubula renascentium literarum exarserim. Neq; uero fateor integrū hunc esse & suis numeris absolutum catalogum omnium scriptorum, quæ à Philippo fuere confecta. Sexcenta sunt, de quorum annis dubito: & de quibus amicorum commonefactiones, studia, operas, ubi hunc catalogum uiderint, expectabo.

b a

Tibi

Tibi autem eum, nobilissime & doctissime IACOBE MONAVE, dedico multis de causis. Primū ut publicum relinquam testimonium illius amicitiae, quā tot iam annos sincere & ἀκισδ'ήλωσ' ut puto, colimus. Nam cum tu vir tantus me hominem scholasticum nullo meo merito praecipua quadam benevolentia complexus fueris: de doctis tuis κερκλίοις semper mecū liberalissime communicaueris: nunquā me frustra quicquam rogare siueris: deniq; omnia veri & sinceri amici officia egregiē praestiteris: parum memor benevolentiae erga me tuae uideri possem: si haec grata mente non recolerē: non uerbis depraedica-rem: nō publicis literis, si possem, testata facerem. Accedit huc, quod Melanchthonē unum in oculis te ferre: in medullis habere, & ipsi cordi insculptū gestare & pra omnibus alijs uiris doctis amare, colere & mirari te scio. Quae ipsa

ipsa re profecto ostendis natura tua bonitatem et sapientiam tuam. Memini enim me aliquoties ex te audire Strigelij præceptoris nostri cōmunis de Philippo sermonē dicentis: Eum deniq³ posse merito & iure nominari sapientē, qui saltē aliquo modo animadvertat, quanta in Philippo sapientia fuerit. Cumq³ tu institisses interrogando: quænam ergo illa magna Philippi sapientia esset: rursus dicebas respondisse Strigelium: summam sapientiam quæ posset homini in hac vita contingere, esse sobriam & dextram collationem inter hæc tria genera doctrinarum: philosophiam nimirum, legem & Euangelium: è quo sese expedire multos clarissimos viros hac ætate non potuisse, omnibus constaret. Hæc quia sobrie & dextre inter se contulisset Melancht. iure eum habendum esse summum & Philosophum et Theologum. Quia ergo scirem huius te san-

b 3 Etissima

Etissimæ animæ sanctissimos labores &
admirandam sapientiam magnifacea-
re : in summam spem erectus fui : hanc
etiam dedicationē , quæ publica animi
tui erga Melanchthonem esset testifica-
tio , minime tibi ingrata aut insuauem
futurā esse. Quod vero etiam Scholam
nostram & docentes in ea omnes miri-
fice amas, & studia nostra quibus potes
modis excitas atq; incendis : profecto
hac una virtute tua, hac etate rarissi-
ma, mereris : cui rursus à nobis aliqua
saltē significatio gratitudinis exhibea-
tur. Fuit & illa non postrema causa :
quod eligendus mihi fuit : quo cum fa-
miliarius de consilio & ordine congesti
Catalogi conferrem. Nulla autem fuit
ratio alia : quàm ut labores Philippi,
quos multo quàm ullus unquam aut
Hercules aut Atlas sustinuit gravio-
res, in una quasi tabella depictos propo-
nerem : & mecum raperem in admira-
tionem:

tionem: Et ab admiratione in amorem
huius summi et prope diuini viri per-
traherem tum omnes mortales, tum se
possem, eos etiam, qui minus dextre mi-
nusque recte sentirent de eo viro, qui non
solum dum vixisset Lutherus fidelis ei-
us, in laboribus pro Ecclesia et verita-
te susceptis fuisset $\pi\delta\alpha\sigma\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma$: et dexter-
rimus illius doctrine quam Lutherus
suis concionibus instaurasset, et ipsius
adeo Lutheri concionum $\sigma\omega\mu\alpha\tau\omicron\pi\omicron\iota\kappa\tau\eta\varsigma$:
quod et agnouit modis multis et prae-
cauit laudibus magnis ipse Lutherus:
sed et post mortem illius, et praesertim
finito bello Germanico neque stationem
Lutheri unquam, neque doctrinam quam
ille repurgasset, deseruisset, imò magis
quam ullus alius sane et repurgata do-
ctrina fuisset continuator et propaga-
tor, Id quod, ut puto, demonstrare pos-
sem facile, nisi de Philippi proprijs lau-
dibus verè et breuiter tantum mihi dis-

cendum proposuissem, adeo ut etiam à
Philippi hostibus, quicumq; illi sint, fue-
rint, aut etiam futuri sint, nunc quidem
data opera abstinuerim. Neq; vero
docendo solū & scribendo labores Phi-
lippi fuere occupati: sed cum sedem vi-
tae ac fortunarum suarum elegisset Vui-
tebergam: ex ea subinde ad conuentus
& comitia plus quàm triginta excur-
risse catalogus hic noster ostendet. Atq;
ut domi tota cura constituenda Aca-
demiae, cuius salutem toties testatur sibi
vita sua cariorem fuisse, unius Phi-
lippi humeris fuit nixa: ita foris in
conuentibus & comitijs omnia negocia
Ecclesiae quibus seu praefuit seu interfuit,
ipsius consilijs fuere gubernata: & scri-
ptis definita atq; defensa. Huius igitur
rei ostendenda caussa, cum hunc Cata-
logum ediderim: credo me omnes vi-
ros bonos & doctos, habiturum esse ap-
probatores: de studiosis doctrinae Phi-
lippicae

lippica prorsus non dubito. Ne autem
nuda solum titulorū enumeratione pagellas implerem: addidi passim de scriptis Philippi, non aliorū sed ipsius Philippi iudicia: quæ tam in editis ipsius libellis, quàm non editis, interdum etiam epistolis, quarum tot propè Chiliades à te, nobilissime MONAVE, habeo, nondum publici iuris factas, reperissem. Ea cum primùm adiecissem acuendi mei iudicij causa, ut scilicet discerē agnoscere ea scripta Melanchthonis, quæ ipse suis elogijs tanquam notis quibusdam insignisset: postea abijcere aut opprimere nolui. Reperio autem imprimis valde eum amasse libellos suos dialecticos: de quibus alicubi pronuciare audeat, vel solos illos posse esse testes apud posteritatem, non modo studij, laboris & perpetui conatus in curriculo vitæ & vocationis, sed etiam iudicij de multis rebus sui: quæ vox quàm latè pateat,

b s sapien-

Sapientes intelligunt. In theologicis ob-
servavi plurimū eum fuisse occupatum
in explicanda clauē & methodo uni-
uersæ scripturæ, id est, epistola scripta
ad Romanos à Paulo Apostolo: quem
solebat vocare Melancthon lumen
propheticarum concionum: quòd eo le-
cto prophætæ intelligerentur, & agnosce-
retur consensus. Huius epistolæ doctri-
nam ut penitus imbiberet, & instar ar-
chitecti totam ædificij formam in ani-
mo inclusam haberet: & certam, per-
petuam ac simplicē sententiam inuesti-
garet: omnium eam sapissimè præ cete-
ris tam noui quàm veteris Testamenti
libris publicè enarrauit, & commenta-
rijs illustrauit: inuenis etiam græcam
aliquoties, ut Demosthenes Thucydi-
dem, descripsisse dicitur. Sed de his ad
te præsertim, cui tota historia Philippi
& notissima est & carissima: & qui
in scriptis huius tanquam in domo tua
habis

habitas, earumque lectioni nullas deliti-
as, earum possessioni nullos thesauros
præfers, pluribus agendum non videtur.
Restat ut te orem, ut hunc Catalogum
ad amicos tuos, viros quos habet om-
nis Germania, ceu publica litterarum
monumenta ostendunt, summos et præ-
cipuos mittas: atque industria tua impe-
tres: nos ut in hoc Catalogo complen-
do iuvent, id est, Philippi labores fa-
ciant conspectiores, et ad numerum quoque
præfationum Philippicarum augendum,
quæ possunt, conferant. Id quod eos
haud grauatim facturos esse ita opto ut
sperem, ita spero ut plane confidam.
Quia enim illi docti sunt, etiam Philippi
amantes sunt. Nam Philippi oso-
res nullos hætenus cognoui, qui non etiam
indocti simul fuerint. Vale, et
me ac Scholam nostram, quæ à multis
hoc tempore Philippica solet vocari,
amare pergito. Scis Trocendorfium
hac

hac una re praeter ceteris Scholam Gold-
pergensensem celebrem fecisse: quod uni-
ce operam dedit, ut in ea voces sonaret
Melanchthonias: & magnificet Phi-
lippus scholasticos eos qui è ludo Gold-
pergensensi Vuittebergam venerunt, tan-
quam optime praeparatos ad rationem
dicendi, qua tunc Schola Leucorea flo-
rebat. Arripimus igitur omen amico-
rum, & optamus ut nunc etiam Scho-
la nostra sit Philippica, & maneat salu-
tem aliqua custos eius doctrinae, quae
DEI quidem est solius, sed quam his
temporibus ministerio Lutheri & Phi-
lippi, quorum idem fuit studium & vo-
luntas: ratio docendi, ut sit, non eadem
sed ad idem tendens, instaurare uoluit.
Datae Gorlicij, Anno 1582. Mense
Aprili, cuius die 12. ultimam in his
terrīs ad auditores suos lectionē habuit
Melanchthon. Sapientissimus DEVS
porro etiam faciat, ut Scholae & Eca-
clesiae

eleſia utiliſſima huius ſcripta ſonent,
& ad poſteritatem propagent. Nam
ſcriptis Philippi ſalvus, & permanente
eorum qualis haecenus fuit ſecundum
verbum DEI, quae unica eſt veritatis
lucerna & via, autoritate: procul-
dubio ſalva etiam erit poſteritas, nec
Comici illud ſonabit: Miſeram me:
Quid nunc credas, aut cui credas?
Fterum vale. Collegae te ſalutant. Tibi
meis verbis ſummis ingenijs & quorum
amicitiam mihi duco maxime honori-
ficam, Dn. Nicolao Redingero & Mar-
tino Schillingo noſtro omnia felicia
precare.

Te colens & venerans

Martinus Mylius collega
docentium in Schola
Gorlicenſi.

DE

DE PHILIPPI
MELANCHTHONIS
scriptis Philosophicis & Theologicis, ius-
dicium Victorini Strigelij, scriptum
ab ipso Anno 1569. XV. Iulij,
diebus 10. ante obitum suum.

PArmenides, teste Diogene Laërtio præclare dixit,
duplicem esse Philosophiam, vnã $\nu\lambda\alpha\lambda\acute{\eta}\theta\epsilon\alpha\mu$,
alterã $\nu\lambda\delta\acute{o}\xi\epsilon\alpha\mu$. Vera Philosophia significat certas
noticias, quæ sunt demonstrationes aut earum membra,
id est, principia, vel conclusiones, quæ habent vsum ne-
cessarium in vita. Philosophia $\nu\lambda\delta\acute{o}\xi\epsilon\alpha\mu$ significat om-
nes opiniones vndecunq; oritas, $\lambda\omicron\gamma\omicron\mu\alpha\chi\iota\alpha\varsigma$, $\lambda\epsilon\pi\iota\sigma\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha\varsigma$,
deniq; nugas & præstigias sophismatum, quæ
nec ignorantibus nocent, nec scientibus profunt. Vt autem ve-
ram Philosophiam adhibita methodo & proprietate ser-
monis Philippus Melanchthon vir nunquam satis lauda-
tus magis illustrauit, & ad vsum Ecclesiæ, Reipub. &
Scholarũ accommodauit, quam omnes reliqui interpre-
tes Platonis & Aristotelis. Ita adulterinam Philoso-
phiam Sophistarum nemo acrius odit, & detestatus est.

Sed tanta est ingeniorum peruersitas, vt multis gra-
tior sit panis hordeaceus quam triticeus. Tales fatuos si-
namus suis somnijs delectari. Nos vero fruges à Philip-
po monstratas aliorum glandibus longè anteponamus.

Quod autem de Philosophia dixit Parmenides, id
nos de Theologia dictum putemus. Nam veram theolo-
giam, quæ ostendit veri DEI agnitionem & inuocatio-
nem, firmam animorũ consolationem, & normam vitæ

DEO

DEO placentis, sic Philippus Melanchthon explicauit
in Corpore doctrinae & in alijs scriptis Theologicis, vt
omnes veteres & recentes Theologos longo interuallo
post se relinquat. Garrulam vero & Sophisticam Theo-
logiam, quae veritatem doctrinae caelestis vel transformat
in Philosophiam, vel eandem obscurat, vel flagitiose cor-
rumpit, acerrimè odit, maximeq; detestatus est.

Quae cum ita sint, non solum praceptor noster in a-
terna piorum & doctorum laude versabitur, sed etiam
scriptorum ipsius Philosophicorum & Theologicorum
viuet immortalis memoria & gloria, etiamsi se rumpant
inuidia omnes Papistae, Flaciani & alij quidam nimis si-
bi placentes.

Ex praefatione eiusdem Strigelij in
Chronicon Philippi 1568.

10. Maij.

Autor Chronici libelli, quem DEO iuuante deinceps
interpretabimur, est: Philippus Melanchthon vir
adeo laudatus à plurimis, vt ad eum gloriae cumulum, ni-
hil sit mea de illo praedicatio, aut perparum additura,
Sed quoniam grati discipuli est honorificè de praepre-
re sentire & loqui: breui quidem sed verissimo testimo-
nio praepreptorem, de Ecclesia & de literis optime meri-
tum ornabo. Philippo Melanchthoni haec tria concilia-
runt, non modo Germaniam sed orbem vniuersum: In-
tegritas vitae, Sanctitas praepreptionum & Eloquentia.
Nam huius viri vita adeo fuit integra, vt ei nullam la-
bem & maculam virulentae linguae aspergere potuerint.
Praepreptionum non modo de Religione rebusq; diuinis,
sed etiam de bonis artibus, ea Sanctitas fuit, ut uere pos-
simus

Sumus dicere: In libris Philippi Melanchthonis gratam
de DE O famam sparsam esse. Eloquentiæ testimonia
sunt, non modo multæ Declamationes & Epistolæ fusæ
& copiosæ, & omnibus lectissimis uerbis, grauissimis
sententijs Rhetoricè & auctæ et ornata, Sed etiam poë-
mata quæ Italici Scriptores mirati sunt. Sic enim Iulius
Cæsar Scaliger libro VI. Poetices de Philippo scribit: Il-
lius ingenium magnum atq; ad omnia compara-
tum intelligimus ex ijs poematis quibus Solis Lunæ
næq; defectus cecinit. Nam & eadem variè descri-
bit tempora luculentis versibus, & eodem nitore
præfagia statuit. Idem Philippus in Epigramma-
te festiuus atq; iucundus est, &c. Hæc de Germano
Italus, & non suspectæ fidei testis, & censor iudicij acri-
monia grauis. Sed non dicam hoc tempore de uiro Re-
uerendo & clarissimo Philippo Melanchthone plura,
quem DEVS excellenti ingenio, Sapientia, Eruditio-
ne, Eloquentia, Iudicio, Pietate, Sedulitate laborum in-
docendo, Beneficentia, Modestia, Mansuetudine, Casti-
tate, deniq; omnium uirtutum & meritorum erga Eccle-
siam, Rempub. & posteritatem gloria ornauit: Est
enim magnum & magni ingenij: Huius uiri uirtutes,
non quidem imitatione quod impossibile est, sed saltem
intellectu sequi. Quod igitur de Virgilio Statius ceci-
nit: id non minus uerè, de huius uiri uirtutibus &
scriptis dici potest. Nec tu diuinam Acneida
tenta, sed longè sequere & uestigia
semper adora.

Petrus

Petrus Vincentius.

SI quis non studuit cognoscere scripta Philippi
Quae summam verae religionis habent.
Securusq; Dei, pia dogmata negligit, illum
Arcadia merito dixeris esse pecus,
Si vocat in dubium non cognita, scurra vocetur,
Si allatrat, canis est & sycophanta procax.
Ut quondam Staphylus fuit, & nunc τὰ γυμνασιαρχοῦ ἐστίν,
Scommata viperea lurida fauce vomens
Nobis diuino conformia dogmata verbo
Diuini semper muneris instar erunt.
Semper honos, nomenq; Dei, laudesq; manebunt,
Ceu sonat hac calamus sola Melanchthonius.
Dum pietas, dum sancta fides, dum deniq; coetus
Christe tuus qualiscunq; superstes erit:
(Mens pia si veri quicquam augurat) ista Philippi
De genio viuent scripta diserta suo.

A

Gene.

Genealogia Philippi Melanch.

Nicolaus Schwartz Erd, Heidelbergensis: Iohan. Reuter, mortuus Anno
auus Philippi Melanch: De hoc Cam: 1508. 18. Septemb.
in vita Philip. p. 2.

Georgius Schwartz Erd, pater Philip. — Barbara mater Philip. — Cuius Brettanus ἀνώυμοσ
pi Mortuus anno 1508. 29. Septemb. Mortua 1529. 6. Iunij. cui nupsit Barbara post Ge-
de eo Cam. in vita Philip. p. 2. Tom. Cam. in vita Philip. orgij obitum An. 1521. cum
s. decl. Philip. p. 265. p. 4. vidua mansisset an. 12.

PHILIPPVS MELANCH-
THON. Vxor eius Catharina Crap-
pia, cum qua vixit in coniugio annos
37, mortua anno 1557. marito absen-
te VVormatiae. ♀

Filiae tres ἀνώυμοι de
quarum vna Philippus
in epistolis ad Cam.
p. 331.

Georgius frater Philip-
pi, de quo Cam: in vi-
ta Phil. pag. 7. Item,
Tom: 5. declan:
Phil. p. 266. ♂

♀

♂

Anna nata 1522
 24. Aug. H. 3.
 p. M. Nupta Ge-
 orgio Sabino an.
 1536. die S. An-
 nae. Mater filia-
 rum quinq; & v-
 nius filij. Mor-
 tua anno 1547.
 26. Febr. Regio-
 monti in Borus-
 sia.

Philippus natus
 Februa. H. 3.
 scr. 45. Duxit
 vxorem anno
 1550. De eo
 Philip. in epi-
 stolis ad Cam.
 p. 182. & 724.
 adhuc viuit.
 P. 1. a.

Georgius na-
 tus an. 1527.
 Mortuus al-
 tero Anno.
 Pater scri-
 psit ei epita-
 phium, quod
 extat in epi-
 gram. Phil.
 in carcere arcis
 Lipsensis. Mater
 filiorum duorum
 & filiarū quinq;
 quos vidit Phi-
 lippus omnes, po-
 strema filia ex-
 cepta.

Magdalena nata
 an. 1531. 19. Iul.
 H. 2. M. 30. Nu-
 ptia D. Casparo
 Peuc. an. 1550.
 2. Iunij. Mortua
 an. 1576. 13. Sep.
 marito detento
 in carcere arcis
 bergensi.
 Heidelberg. Ueissen-
 burg. ad epistolis
 huc vi-
 uit. p. 181.

Filius &
 vōvυμoε
 mortuus
 an 1532.
 Philip. in
 ad Cam.
 p. 181.



Anno Christi 1497.

Philippus Melancthon nascitur Anno
Christi 1497. 16. Febr. in oppido ditionis
Palatinorum principum Bretta, de qua hoc ex-
tat Hutteni epigramma:

Fortibus ampla viris, speciosoque aucta triumpho
Salve Bretta tuo fida reperta duci.
In te nil timidi potuerunt cornua Cerui
Sæua Palatinus contudit arma Leo.
His noua doctiloqui iungit se fama Philippi,
Primus erit vates mœnibus ille tuis.

Anno Christi 1508.
Ætatis Philippi XII.

De studijs & actionibus Philippi pu erilis
bus annorum qui hunc antecesserunt, Vide
Cam. in vita Philip.

Hoc vero anno amisit Philippus patrem.
Cam. in vita Philip. p. 3.

Eodem anno & avus eius maternus
obiit.

Anno Christi 1509.
Ætat. Philippi XIII.

Philippus Heidelbergæ inscriptus in nu-
merum Scholasticorum, die 13. Octobr.

Anno Christi 1510.

Ætat. Phil. XIIII.

Anno Christi 1511.

Ætat. Phil. XV.

*Primum scholasticum gradum cui à laurea
nomen est assumpsit Heidelbergæ 10. Iunij. Ha-
buit sextum locum inter 21. candidatos. Cam.
in vita p. 11. Tom. 5. decl. p. 269.*

*Relicta Heidelbergæ venit Tubingam,
ubi totum sexennium vixit. Camer. in vita
p. 12. Tom. 5. declam. p. 269.*

Anno Christi 1512.

Ætat. Phil. XVI.

Anno

Anno Christi 1513.

Ætat. Philip. XVII.

Edidit græcam Grammaticam, fideo in
prefatione editionis sub anno 1520. ipse in-
quit: quippe quos conscripsimus & pueri fere
& pueris.

Anno Christi 1514.

Ætat. Philip. XVIII.

Philippus factus artium Magister, die
conuersionis Pauli 25. Ianuar. Tubingæ: in-
ter XI. candidatos primum locum tenuit.
Cam: in vita Phil. p. 14.

Anno Christi 1515.

Ætat. Philip. XIX.

Anno Christi 1516.

Ætat. Philippi XX.

Prefixit grecam Oden epigrammatis Erasmi Roterodami. 13. Cal. Sept. Tubingæ.

Anno Christi 1517.

Ætat. Philippi XXI.

Oratio scripta à Philippo Tubingæ de liberalibus artibus. Extat 1. Tom: decla. Phil. p. 310.

Tubingæ dumvixit Philippus, vertit Plutarchi quandam conuiualem questiunculam de notis Pythagoricis. Incertum an hoc anno, prefatio est ad Bernardum Maurum.

Anno

Anno Christi 1518.
Ætat. Philippi XXII.

Philippus vocatur Wittebergam ad docen-
das græcas literas à Friderico Elect. Sax: Ac
Capnio autor est Philippo ut conditione oblata
utatur, ac in litteris ad Philip. inter alia sic
scribit vaticinans. Ecce adsunt litteræ pijs-
si principis manu ipsius subsignatæ, quibus
policetur tibi beneficium & propitium se fore.
Quare nunc haud affabor te pœtice, sed vera
utens Dei promissione Abrahe fideli facta:
Egredere de terra tua & de cognatione tua,
& de domo patris tui, & veni in terram quam
monstrauero, faciamq; te in gentem magnam,
& benedicam tibi & magnificabo nomen tu-
um, erisq; benedictus. Hac Genesis 12. Ita
mihi presagit animus, ita spero futurum de te,
mi Philippe, meum opus & meum solatium.
Haftenus Capnio. Integra epistola extat
in 3. libello epistolarum Eobani Hessi per Ca-
merarium editarum E. 8. a.

Discedente Philippo Tubingæ, Simlerus
præceptor, vir eruditione præstans, deploran-
dum esse toti ciuitati eius abitum dixit, &
subiecit: Quotquot ibi essent docti homines,
non esse tam doctos, ut intelligerent, quanta
A 5 esset

non esse tam doctos, ut intelligerent, quanta
esset doctrina eius, qui inde euocatus discede-
ret.

Venit autem Wittebergam 25. Augusti.
qui fuit dies Mercurij. Tom: 5. declamat:
Phil. p. 387.

Cæpit prælegere Homerum & Epistolam
Pauli ad Titum græcam. Sic enim in 1. Tom.
decla: p. 511. Homerum habemus in mani-
bus & Pauli epistolam ad Titum.

Primum scriptum à Melanch: Witteber-
gæ editum fuit oratio Luciani de calumnia:
quam dedicauit Friderico Electori. Oratio
extat in 2. Tom. decl: p. 761. Prefatione
omissa.

Scripta oratio de corrigendis adolescentiæ
studijs, extat 1. Tom. decl: p. 490. versicuti
græci ad Lutherum primò fuere appressi: pos-
tea omisi. Eos suo tempore edemus cum præ-
fationibus Philippicis.

Anno



Anno Christi 1519.

Ætat. Phil. XXIII.

Fuit Lipsica disputatio inter Lutherum & Eccium: de ea extat Philippi epistola ad Oecos lampadium. Contra quam cum Eccius scripsisset excusationem: rursus Philippus opposuit defensionem. Extant ambo scripta in 1. Tom. operum latinorum Lutheri impressorum Witteberge fol. 336. & 339. Item in 1. Tom. latinorum operum Lutheri impressorum Iene fol. 361. & 364. Posterior defensio extat etiam lib. 1. epistolarum Philippi, editarum à Peucero. p. 309.

Sermo Eccij in ea disputatione ad Philippum. Tace tu Philippe, ac tua studia cura, ne me perturba. Vide 5. Tom. decl: Phil. p. 274.

Edita prima Rhetorica Philippi, in quarto impressa Witteberge cum Prefatione ad Bernardum Maurum.

Oratio scripta de funere Maximiliani Imper. extat in 2. Tom. decl: Philip. p. 567.

Prefatio in psalmos Lutheri: Extat in Tom. 3. operum latinorum Luth: Witteberge editorum

*editorum, fol. 134. Et in 1. Tom. latinorum
operum Lutheri editorum Iena fol. 520.*

*Prefatio in libellum Plutarchi de educa-
tione liberorum.*

Anno Christi 1520.
Ætat. Philip. XXIII.

Philippus uxorem duxit Catharinam Hieronymi Crappij consulis Wittebergensis sororem. Celebravit nuptias cum Catharina die Catharina id est, 25. Nouemb: quo die dicitur hoc disticho significasse auditoribus se non prelecturum esse:

A studijs hodie facit otia grata Philippus
Nec vobis Pauli dogmata sacra leget.

Enarravit enim tum Pauli epistolam ad Rom. que postea anno 1522. edita est cum prefatione Lutheri: cuius initium: Irascere & noli peccare.

Hoc anno scripta à Phil. oratio de adhortatione ad doctrinam Paulinam, que extat 5. Tom: declam: Philip. p. 1. cum prefatione ad Andream Camitianum que non est addita.

Oratio alia in Diui Pauli Apostoli diem festum: non relata in Tomos: cum prefatione ad Bronnerum Caroli Imp. secretarium. De hac oratione in quadam ad Iohannem Hessum epistola sic ait Philippus. Orationem tibi dedicaueramus, cum officij gratia legatus quidam Cesarianus intercipit, cui inscribenda fuit oratio aule studio, hoc est, assentandi gratia.

11a.

fuit oratio aule studio hoc est assentandi gra-
tia. Oratio duriuscula est & infelicitur excu-
sa, politioem spero videbis aliam, eamq; soli-
us tuam. Hæc Philippus.

Edita prima Dialectica Philip. in quarto
cum præfatione ad D. Ioh. Suertfeger Iuriscons-
ultum. In hac editione tertiam figuram syl-
logismorum neq; probat neq; reijcit.

Altera editio græcæ Grammaticæ Philip-
pi, cum præfatiuncula ad studiosum lectorem.

Anno Christi 1521.

Ætatis Phil. XXV.

Parisiensibus Lutheri libros damnantibus
opposuit Melanchthon scriptum publicum cum
hoc titulo. *Aduersus furiosorū Parisiensium
Theologastrorum decretum Philippi Melanch.
pro Luthero apologia.* Extat 1. Tom. latino-
rum operum Lutheri Wittebergensium fol.
202. & 2. Tom. operum Philip. p. 82. Et 2.
Tom. latinorum operum Lutheri Jenæ impresso-
rum fol. 451.

Prodyt item liber à Melanchthone scriptus
titulo *Didymi Fauentini, quo respondit Thomæ
Placentino, id est, Emsero.* Extat 2. Tom. ope-
rum Philip. p. 38.

*Primi loci communes Phil. editi cum præ-
fatione ad Tilemanum Plettenerum, quæ in
altera editione non est mutata.*

*Secunda editio Rhetoricæ Philip. cum præ-
fatione ad Joh. Isleben.*

*Acta Lutheri coram Carolo V. in comitijs
Wormatiensibus conscripta à Philip. Extant
in 2. Tom. latinorum operum Lutheri Witte-
bergensium fol. 171. Et in 2. Tomo latino-
rum operum Lutheri Ienæ editorum fol. 435.*

Etiã

*Etiam separatim extant edita Witteberga in
8. Eadem in germanicum conuersa extant in
1. Tom. germanicorum operum Lutheri edi-
torum Iena fol. 440.*

Praefationes has scripsit :

*In Plutarchi primum sermonem conuiuia-
lem, graecam ad Hermannum Dulichium.*

*In canones quos vocant Apostolicos ad Geo-
rgium Spalatinum.*

*In Arati phenomena ad Hieronymū Bom-
gartnerum.*

*In 1. epistolam Pauli ad Corinthios sepa-
ratim editam, ut esset auditoribus graeci exem-
plaris copia.*

In Lutheri librum de bonis operibus.

Anno

Anno Christi 1522.

Ætat. Phil. XXVI.

Ab hoc anno incipiunt Epistola Melanchthonis ad Camerarium.

Editæ hypotheses Theologica, quæ priori anno titulo locorum communium prodierant.

Edita Ratio discendi per Philip. Melancthonem Wittebergæ tradita.

Editæ annotationes Philippi in epistolam Pauli ad Romanos unam, & Corinthios duas, cum præfatione Lutheri, quæ habet annum 1522. cum liber impressus fuerit an. 1524.

B

Anno

Anno Christi 1523.

Ætat. Phil. XXVII.

In aliquot capita Geneseos enarratio à
Philip. edita, extat 2. Tom. operum Phil. p.
377.

Commentarij Philip. editi in
Matthæum
Johannem
Epistolam ad Romanos, Corinthios.
Editi loci communes Philip. germanici, in
serprete Spalatino.

Interpretatio Papaselli per Philip. Mel-
lanchthonem videtur hoc anno scripta. Extat
2. Tom. latinorum oper. Lutheri Wittenberg.
fol. 425. Germanice conuersa extat eadem in
2. Tom. german. oper. Lutheri, editorũ Jena
fol. 290.

Sapphicum carmen in Aeschinis & De-
mosthenis τοῦς ἀντιπάλους λόγους. Extat in
Philip. epigram: M. 8. a.

Prefatio Philip. in Lutheri epistolam Pau-
linam ad Galatas. Extat in 5. Tom. latino-
rum operum Lutheri Wittenberg: fol. 213.

Anno

Anno Christi 1524.

Ætat. Phil. XXVIII.

Scriptit epitomen renouate Ecclesiasticæ doctrinae ad principem Hessorum: qua occasione vide Cam. in vita Philip. p. 95. Ipsum scriptum extat in 2. Tom. operum Phil. p. 5. Etiam separatim extat editum cum alio scripto Philippi: Quid inter mundi & Christi iusticiam intersit: vernacula lingua per Philippum prius editum, tunc autem ab alio quodam latinitate donatum.

Ab hoc anno incipit Camerarius contexere continuam seriem vite Philippi à Pag. 90.

Scripta hoc anno Oratio de studio artium dicendi. Extat 1. Tom. decl. Phil. p. 392.

Electio Caroli V. edita Sabini nomine. Extat in 5. Tomo operum Philip.

Olynthiaca Demosthenis prima à Philip. conuersa. Extat 2. Tom. decl: Phil. p. 672. cum præfatione ad Carinam, quæ in Tomis ommissa est.

Præfatio in threnos Ieremie scripta.

Item in Psalterium Pomerani.

Prouerbia Salomonis latine vertit, & edit cum præfatione ad Johan. Fridericum. Sequenti anno prodierunt germanice.

B 2 Prologus

*Prologus Philippi in Eunuchum scriptus.
Philip. in epist: ad Camerarium p. 8.
Epitaphium Gulielmo Neseno graecum
scripsit. Extat inter epigram: Phil. L. 5. a.
Aliud epitaphium graecum, scriptum Pe-
tro Mosellano, extat in epigr. Philippi L. 5.
Legitur aliud huic scriptum à Philippo An-
no 1533. quod legitur Lipsiae ad D. Nicolai
positum nomine Julij Pflug. Extat & in epi-
gram. Philip. O. 8. B.*

Anno

Anno Christi 1525.

Ætatis Phil. XXIX.

Autumno huius anni profectus est No-
rimbergã, eò accersitus ad deliberationem de
ludo literario instituendo. Cam. in vita Phil.
p. 105.

Orationes hoc anno scriptæ.

De legibus. 1. Tom: decl: p. 191.

De gradibus discentium. Ib. p. 456.

In funere Friderici ducis Saxon. 2. Tom:
decl. p. 584.

Refutavit articulos Rusticanos, de quibus
sic in epistolis ad Cam: p. 28. Ego à principe
Palatino vocatus fui in patriam, ut ibi de ru-
sticorum articulis pronuntiarem. Sed detule-
rat conditionem ut scripto responderem, si mihi
venire integrum non esset. Itaq; nisi con-
futationem articulorum rusticanorum & con-
siliium adieci quod fortunet Christus. Estat
illa confutatio 2. Tom. operum Lutheri germ.
Witteberga editorum fol. 97.

Ciceronis libri de Oratore notis quibusdam
à Philippo illustrati una cum scholijs à princi-
pio adiectis, in quibus loci obscuriores expli-
cantur.

B 3

Annota.

*Annotationes in Terentium edita cum
prefatione ad pedagogos. & scholia in officia
ut apparet ex Prefatione in Officia Ciceronis
hoc eodem anno à Philippo scripta. Extat illa
Prefatio 2. Tom. declam. p. 161.*

*Prefationes prater modo dictas etiam has
scripsit.*

*In orationes Aeschinis & Demosthenis. 2.
Tom. decl. p. 59.*

*In historiam Lamberti Schaffnaburgen-
sis ad Casparum Churrerum.*

*In libellum Euricy Cordi de exhortatione
Caroli V. & aliorum principum, ut veram re-
ligionem agnoscant.*

*In eiusdem Cordi carmen cui titulus Anti-
lutheromastyx.*

In Enchiridion elementorum puerilium.

*Alia scripta edita hoc anno à Philip. con-
tinentur in 2. Tomo operum Lutheri germ.
Wittebergæ editorum p. 97. & 473.*

*Edita & propositiones de Missa germani-
ca.*

*Epitaphium Friderici ducis Saxon. Ele-
ctoris, scriptum à Philip. legitur Wittebergæ
in templo arcis ad sinistram summi altaris.
Extat & in Philip. epigr. H. 7. a. cum alijs
duobus*

duobus epigrammatis, quorum prius itidem
Wittebergæ legitur in tumulo ferreo ante
summum altare eiusdem templi.

B 4

Anno

Anno Christi 1526.

Ætat. Philippi XXX.

Reuersus est Philippus Norimbergam, accessit ad senatum ad deliberationem cum de Ecclesiarum suarum: tum de noua Scholæ constitutione.

Oratio habita à Philip. Norimbergæ in laudem nouæ Scolæ extat 1. Tom. decl. p. 442.

Prima grammatica à Philip. edita Wittebergæ in Iosephi Clugij officina. Totus libellus continet octerniones 10: Prefationem præfixit Chilianus Goltstein, cuius initium: Cum tot passim, &c.

Editi commentarij Philip. in Lucam & Acta Apostolorum impressi Hagancæ per Ioh. Secerium.

Prefatio in Iustinum per Georgium Maiorem recognitum.

Alia prefatio præfixa Hodæporico Micylæ ad Iustinianum ab Holtzhusen.

Anno

Anno Christi 1527.

Ætat. Phil. XXXI.

Prima visitatio Ecclesiarum instituta in Saxonia, de qua extat libellus Philip. latinus hoc anno editus, tali titulo. Articuli de quibus egerunt per visitatores in regione Saxoniae. De hoc libello ipse Philippus in epistola ad Cam. p. 105. Et Camerar. in vita p. 109.

Edita enarratio epistolæ ad Colossenses cum Prefatione ad Alexandrum Drachstadium.

Oratio habita de capta & direpta urbe Roma, quæ extat 1 Tomo decl. p. 674.

Prefatio in paraphrasin Nonnij ad D. Fredericum apud S. Aegidium Norimbergæ abbatem.

Alia prefatio in historiam Iacobi Fontani Brugensis de bello Rhodio, ad Albertum Archiepiscopum Moguntinum.

B 5

Anno



Anno Christi 1528.

Ætat. Phil. XXXII.

*Altera editio Dialecticæ Philip. cum præ-
fatione ad Guilelmum Reifenstein. De hac
ipse Philip. in quadam ad Reifensteinium episto-
la. Rhetoricæ libelli iam exhibunt dedicatæ
tuo nomini, ac spero si quæ est futura posteri-
tas, hos Dialecticos ac Rhetoricos in manibus
hominum futuros esse. Nam ego non desi-
nam eos expolire, Qui qualescunq; sunt,
æquant omnium in hoc genere scripta aliorum,
quod simplici animo dico & apud amicū. Nam
alioqui nolim de laudibus aliorum detrabere
quicquam. De eadem in epistolis Philippi ad
Camerarium, p. 129. Dialecticæ nuper re-
cognoui, & posteriores duos libellos retexui,
& ita tractavi, ut totam artem complexum
me esse putem. Hactenus Philippus. Ter-
tiam figuram syllogismorum antea reiectam,
in hac editione recipit.*

*Libellus siue propositiones Philippi contra
Anabaptistas. Extant in 2. Tom. germ. ope.
Luth. p. 281. Facit earum mentionem ipse
Philip, in epistolis ad Cam: p. 78.*

Vntera

Unterricht der Visitation Deutsch.

*Interpretatio aliquot Psalmorum Davi-
dis.*

Oratio de Dialectica 1. Tom. decl. p. 385.

*Alia oratio de Henrico III. Imp. 2.
Tom. decl. p. 558.*

*Bonam diei partem nunc collocamus (in-
quit Philippus in epist. ad Cam. p. 95) in re-
cognitionem Esaiæ versi à Luthero. Reliquum
diei consumo in Salomonis proverbijs enar-
randis.*

Anno

Anno Christi 1529.

Ætat. Philip. XXXIII.

Conuentus Spirensis fuit, ad quem cum suo principe Johanne duce Sax. accessit & Philippus, eoq̄ venit pridie Dominica Palmarum, 14. Martij. In hoc conuentu iacta sunt fundamenta confessionis Augustane. Facit huius conuentus mentionem Philippus in epistola ad Cam. p. 119. & seq. Literas Philip. ad Cam. ex hoc conuentu scriptas, vide à p. 119. vsq̄ ad 125.

In hoc conuentu accidit mirabilis illa historia cum Gryneo quam recitat Phil. in commentario super Daniele Propheam. 2. Tomo operum Phil. p. 476. Attingit eandem in epist. ad Cam. p. 122. Cam. in vita Philip. recitat eandem p. 114.

Ex hoc conuentu Melanchthon epistolam de Cæna scripsit ad Oecolampadium qua extat in 2. Tom. declam. Philip. p. 666. Opposuit huic Oecolampadius epistolam apologeticam, eamq̄ Philippo in conuentu Marburgensi hoc eodem anno habito coram reddidit, tandem etiam publicam fecit cum Philippus emisisset
patrum

On.

patrum de Cæna Domini à se collectas sententias : de quibus plura vide sub anno sequente.

Hoc anno amisit Philippus matrem suam Barbaram die 6. Junij: quam postremo vidit, tempore Comitiorum Spirensium. Cum interrogatus ab ea de controuersijs quid credere deberet, respondit auditis illius precibus quæ nihil superstitionis haberent, ut pergeret hoc credere & orare, quod credidisset & orasset hæctenus, nec pateretur se turbari conflictibus disputationum.

Hoc anno fuit & Marburgensis conuentus à Philippo Landgraui coactus, ut placide conferrent sententiam primarij doctores Ecclesiarum Saxonicarum & Helueticarum & suarum. De alijs capitibus doctrinae Christianæ omnibus conuenit, tantum controuersia de Cæna explicari non potuit. Philip. in epist. ad Cam. p. 135. Nomina eorum qui conueniunt Euricius Cordus vno epigrammate complexus est.

Insignes verbi procères, argute Luthere,

Suavis Oecolampadi,

Magnanimis Zuingli, pie Sinephe, diserte Melan-

Fortis Bucere, candide (thon,

Hædio, præcellens Osiander, strenue Brenti

Amice Iona, acer Crato,

Et valida plus mente valens quam cor, ore Meni,

Magne Dionysi & Meconi,

Ac

Ac reliqui bona turba viri, quos inclytus heros
Princeps Philippus acciit,
Christicolæq; suos vrbes misere ministros
Et præfules Episcopos:
Ut noua tollatis diuisæ schismata sectæ
Veramq; monstretis viam.
En cupido supplex vobis Ecclesia voto
Vestros cadit flens ad pedes,
Atq; per intima vos communis viscera Christi
Adiurat, obsecrat, monet,
Ut sanctis studijs superi pro laude tonantis
Et omnium fidelium,
Quærenda (hæc vobis incumbit cura) salute
Tractetis hoc negocium
Vnderatum iudex decretum prædicet orbis
Sancto profectum spiritu.

*Edita dispositio epistola ad Rom: dedica-
ta Hermanno de Noua Aquila. Extat 4. Tom.
operum Philip. p. 1. Versiculi in hanc dispo-
sitionem extant inter epigramma. Philip. E.
7. b.*

*Fona libellus de Turcis editus: cuius sylu-
lam ipse Philippus congesit. Philip. in epist.
ad Cam. p. 133.*

*Enarratio 1 & 2. libri Ethicorum Aristo-
telis edita. Phil. in epist. ad Cam. p. 131.*

*Tractatus: An Christianis liceat litigare
in iudicio.*

Enarratio

*Enarratio prouerbiorum Salomonis cum
Præfatione ad duce[m] Megalburgensem.*

Præfationes has scripsit:

*In copiam Erasmi, ad studiosos adolenscen-
tes.*

*In Daniele[m] Prophetam ad Ferdinan-
dum. Extat in 2. Tom. decl. p. 237. Vide &
Philip. in epist. ad Cam. p. 120.*

*Due præfationes in vetus testamentum à
Phil. scripta, & nomine Lutheri edita. Prior
incipit. Cum ante sexennium. Altera:
Quanquam conueniebat hunc librũ, &c.*

*Recognouit germanicam editionem Noui
Testamenti. Philip. in epist. ad Cam. p. 130.
In biblyis germanicis Philippus autor est ver-
sionis duorum librorum Maccabæorum.*

Anno



Anno Christi 1530.

Ætat. Phil. XXXIIII.

Conuentus Augustanus celebratus: in quo Philippus eo anno ætatis Confessionē Augustanam scripsit: quo Lutherus mutationem religionis instituit, videlicet 34. Confessio illa à protestantibus Imperij Carolo V. exhibita, die 25. Iunij, qui fuit dies h̄ à prandio à Cancellario Electoris Saxonie Christiano Beyer lecta fuit. Vide Cam. in vita Phil. p. 123. Et 5. Tomo decl. Philip. p. 278. Et ipse Philip. ad Lutherum lib. 1. epist. à Peucero edit: p. 6. Ego exordium nostræ Confessionis feci aliquanto ἔκτος ἰκώτερον quàm Coburgæ scripseram.

Huic confessioni cum pontificij suam quanzdam confutationem opposuissent: iussus est Philippus Apologiam Confessionis parare: in qua cause exponerentur quare non reciperent nostri confutationem & ea quæ obiecerant aduersarij, diluerentur. Extat in Corpore doct̄: & in 1. Tom. operum Philip. De ea Philip. in epist. ad Cam. p. 152. Scripsi his diebus apologiam confessionis nostræ, quæ si opus erit exhibebitur, opponetur enim confutationi aduersario.

omnia

uersariorum. Scripsi accurate & vehementer.
Ib. p. 155. Omnino valde multum laboris sus-
stineo in Apologia, in loco iustificationis, quem
cupio utiliter explicare. Ib. p. 141. Non di-
bitabam quin Apologia nostra videretur fu-
tura leuior, quam mereatur improbitas ad-
uersariorum. Ego tamen complexus sum ea,
quæ sunt in causa præcipua. Jurisdictionem
totam τὸ ἀξιωμα reddo episcopis. Hoc fors-
tassis vult quosdam, qui agre patiuntur sibi li-
bertatem suam adimi. Et in epist. ad Luth. in
lib. 1. epist. Peuc. In Apologia quotidie muta-
ta mutamus: locum de votis, quia erat exilior
iusto, exemi, supposita alia disputatione eadem
de re, paulò vberiore.

Eccij vox ad Phil. in comitijs Augustanis.
Tua Philippe ἐπιεικὴς & Pontani χριστολογίαι
plurimum adiuerunt causam vestram. Phil.
in epist. ad Cam. p. 150.

De conuentu Augustano extat epistola ad
Silberbornum 2. Tomo decl. Phil. p. 649. Et
lib. 1. epist. Peuc. 410.

Hoc anno prolata fuit quadam supposititia
epistola sub nomine Phil. ad Teupotum lega-
tum Venetum scripta, quam ponit Johannes
Manlius in farragine epist. Phil. p. 59. De ea
ipse Philippus ad Flacium sic: Nullam vnquam
C quam

quam syllabam scripsi ad Teupolū, &c.
Vide & in epist. Philippi ad Cam. p. 275. In
epist. scholasticorum Wuiteberg: I. 3. & G. 2.
In vita Phil. per Cam. edita. p. 126.

Sententia patrum de Cœna domini à Phil.
edita cum præfatione ad Miconium. His sen-
tentijs quantum tribuerit Melanchthon testa-
tur epistola quam præfixit primæ suorum scri-
ptorum editioni: de qua vide sub anno 42.
Contra has sententias dialogum edidit Occo-
lampadius, quem Melanchthon affirmavit
primū sibi causam attulisse antiquitatis pu-
rioris de hac controuersia sententiam accura-
tius inuestigandi.

Edita breuis discende Theologie ratio. Ex-
tat 2. Tom. operum Phil. p. 35.

Commentarij in aliquot Politicos libros
Aristotelis, editi cum præfatione ad Vtricum
Sillingum virum equestris ordinis.

Anno

Anno Christi 1531.

Ætat. Phil. XXXV.

Prima editio Confessionis Augustanae semel in 4. & iterum in 8. Extat cum alibi tum in historia Confessionis Augustana à Chytreo edita, & in Noua Concordia.

Chronicon Carionis scripsit, de quo Philip. in epistolis ad Camer. p. 163. sic. Cario misit huc *ꝛgovixà* excudenda, sed ea lege ut ego emendarem, Sunt multa scripta negligentius. Itaq; ego totum opus retexo & quidem germanicè, & constitui complecti precipuas mutationes maximorum Imperiorum. De occasione nominis Carionis vide Peuceri præfationem in Chron. Philip. in sol. editum. De Carione Georgius Fabricius:

Hos alius fecit, tu Cario nomine signas
Ingenio scriptos à meliore libros.

Rhetorica Phil. edita & dedicata Reifensteinij. Post hanc editionem nihil accessit præter Barbari & Pici epistolas. Phil. in quadam epist. ad Wilhelmum Reifenstein. Nondum perpoliui hos libellos Dialecticos & Rhetoricos, Impedior enim maximis & miserrimis negocijs ut scis. Si quid tamen continget otij

ORITA

C 2

breuis

reui utrosq; recudi curabo, ita ut non multum desideraturi sint homines docti. Certe ad iudicandum spero hos libellos nunc quoq; plurimum conducere.

Oratio contra Empiricos medicos. 1. Tom. decl. p. 297.

Oratio de ordine discendi. Ib. p. 528.

Prefatio in Spharam Iohan. Sacrobusti. 2. Tom. decl. p. 101.

Prefatio in Linacrū ad Wilhelmum Reissenstein.

Anno

Anno Christi 1532.

Æt. t. Phil. XXXVI.

Tertia editio enarrationis epistole ad Romanos: dedicata Alberto Cardinali, Episcopo Moguntinensi. De hac editione Phil. ad Cam. in epist. p. 198. Si meos Romanos vidisti, animaduvertere potuisti, quàm accuratè & methodicè eam rem explicare voluerim. Et qua sequuntur.

Edius liber tertius & quintus Ethicorum, cum antea anno 1529. editi essent 1. & 2. liber. Illa editio dedicata est Ulrico Silzingo. de quo Phil. in epist. ad Cam. p. 185. De ipsa autem versione ibidem hæc: Venti quintum Ethicorū magno cum labore, & addidi commentariolum. Vide & p. 188. & 181.

Oratio funebris à Phil. scripta in mortem Iohannis ducis Saxonie. Extat 2. Tom. decl. p. 599. Versiculi epitaphij leguntur Witteberge in templo arcis ad dextram summi altaris. Extant & in epigram. Phil. H. 8. a. Aliud epitaphium eidem principi factum legitur Witteberge in tumulo ferreo ante summum altare dicti templi. Et in epigr. Phil. O. 5. a.

C 3

Oratio

*Oratio: res non iudicandas secundum
arbitrium iudicis sed secundum scriptum ius.
Extat 1. decl. p. 241.*

*Praefatio Philip. in libellum Camerarij de
Ostentis ad Lucam Gauricum: de quo Phil. in
epist. ad Cam. p. 183. 187. & 190. De ipso
scripto vero & praefatione, Phil. in epist. ad
Cam. p. 183. & 179.*

*Epigramma de ecclipsi solis 30. Augusti,
extat in epigram. Phil. R. 2. a.*

Anno

Anno Christi 1533.

Ætat. Phil. XXXVII.

Primi Evangelici doctores Pommeranus,
Cruciger & Aepinus creati sunt. Oratio in
promotione habita extat in 1. declam. phil.
p. 35. Propositiones vero de quibus disputa-
tum, extant in 1 Tom. latinorum operum
Lutheri, editorum Wittenbergæ fol. 483.

Oratio habita de studijs linguarum, extat
1. decl. p. 538.

Quæstio: An soli episcopi habeant vocem
decisivam in synodo, an vero principes etiam
& alij homines. Extat inter quæstiones ab
Ebero editas fol. 17.

Prefationes has scripsit;

ꝑn Hesiodum. 2. Tom. decl. p. 9. Vide
epist. Philip. ad Cam. p. 201.

ꝑn Aelij Donatum ad Georgium Georgij
Rhaw filium.

ꝑn Virgilium.

Senatui Norinbergensi respondit de illa
sua politia Ecclesiastica. Phil. in epist. ad Cam.
p. 211.

C 4

Acta

CONA

Acta de habendo Concilio generali. 4. Tomo operum Phil. p. 759.

Apologiam Germanicam & locum περί δικαιοσύνης tractavit (ut ipse scribit in epist. ad Cam. p. 198.) & κριβέσεσθον.

Epigramma de Ecclipsi Lune, 4. Aug. exstat in epigr. Phil. R. 2.

Hoc anno editi sunt Haganoæ commentarij Philippi & Boetij in Topica Ciceronis cum præfatione Philip. ad lectorem.

Edita item Haganoæ dispositio Philip. Melanch. in Orat. Ciceronis pro Archia: scripta, ut apparet ex Præfatione primæ editionis à quodam ἀνωμόμαθῳ addita, triennio ante.

Anna.

Anno Christi 1534

Ætat. Phil. XXXVIII.

Philippus Landgravius Hassiæ Melanchthonem & Bucerū ad se vocavit, ut Melanchthon suorum. Bucerus item suorum sententias adferret de Cœna Domini. Philippus in epist. ad Camer. scribit: se fuisse nuncium sententiæ & opinionis aliorum, non suæ. Reuersus est Melanchthon domum anno sequente, 9. Ianuarij. Vide Cam. in vita Phil. p. 143. Et Philippum in epist. ad Cam. p. 238.

Hoc anno expetita etiam fuit Philippi opera à duce Wirtenbergensi, sed non venit. Philip. in epist. ad Cam. p. 235. Et Cam. in vita Philippi p. 142.

Prefatio prefixa libro inscriptionum Antiquitatis, ab Aspiano & Amantio editarum. Oratio de ingratitude habita, extat 5. Decl. p. 620.

Questio: An probanda sit Stoicorum sententia: Omnia necessario fieri. Extat inter questiones ab Ebero editas fol. 19.

Edita epistola Philippi, nomine Francisci Burcardi, qua respondet Hermolao Barbaro, adiuncta ad finem Rhetoricæ Philippi.

C 5 Epigram.

*Epigramma de Ecclipsi Solis 14. Januarij.
Extat in epigram. Phil. R. 2. b. Aliud de ec-
clipsi Luna 29. Jan. Ibid. R. 3. a.*

*Antigonen Sophoclis à Camerario edi-
tam & illustratam interpretatus est. Philip.
in epist. ad Cam. p. 235.*

*Editus Colonia luculentissimi commentarij
Philippi, in opera & dies Hesiodi.*

Anno Christi 1535.

Ætat. Phil. XXXIX.

Litteris Henrici regis in Angliam vocatus (Phil. in epist. ad Cam p. 220. 232. 235. 252.) hoc anno Henrico regi respondit binis litteris, quæ extant lib. 1. epist. Peucerip. 45. & 49.

Secunda editio Loc. communium, quos huic Henrico Angliæ regi d. d. cavit. De hac locorum editione Phil. in epist. ad Camerarium p. 256. 257. 250.

Eodem anno in Gallias fuit accersitus. Philipp. in epist. ad Cam. 247. 248. Litera regis cum responsione Philippi extant in lib. 1. epist. Peuc. p. 70 & 71, & Tom. 4. operum Philipp. p. 823. De hoc itinere suo ita Philippus in quadam ad Marcellum epistola: Non potui impetrare à principe nostro ut permitteret me in Galliã proficisci, quod quidem facile fero. Scio enim quid illi congressus habeant periculi. Item in alia ad eundem: A principe non poterat impetrari, ut permitteret mihi ut in Galliam iter susciperem, Causas ex me audivit. Et ego non inuitus regum congressus vito. Nos
sti ille

sti illud Sophocleum τὸν τῶν γαλλῶν εὐσεβῆν ὄν
ἰατρῶν.

*Scriptit autem consiliū ad Gallos de mode-
randis controuersijs religionis præcipuis, quod
extat in 4. Tom. oper. Phil. p. 823. Philip. in
epist. ad Cam. p. 232. Misi in Galliam de
præcipuis controuersijs quandam ἐπιεί-
κλειαν.*

*Scriptit contra Anabaptistas. 2. Tom. Lu-
theri germ. Witteb. p. 282. 291.*

*Tractauit Physica, ideo scribit ad Cam. p.
251. Nostra Physica satis pulchre pro-
cedunt. Et p. 243. Perueni iam ad eam
partem, quæ inscribitur de Anima, in
qua tota hominis natura nobis, quantum
quidem possumus, exponenda est. Et in
epistola ad Bordingum. Scribimus iam
φυσικῶν, quæ non solū illas vsitatas scho-
larum præceptiunculas contineat, sed sit
referta eruditissimis disputationib. sum-
ptis cum ex Galeno tum ex alijs literis,
quæ & ad multas vitæ partes profunt, &
bene institutis ingenijs pariunt voluptas
tes suauissimas.*

*Hoc anno Haganoæ impressa est dispositio
Phil. in orationem Ciceronis pro Milone.*

Oratio.

Orationes has scripsit :

*De dignitate Astrologiae, 1. Tom. declam.
Phil. p. 362.*

De amore veritatis, Ibid. p. 585.

*Quare secundum Platonem optimus sta-
tus Reip. sit qui est medius inter tyrannidem,
&c. Ibid. p. 615. Responsio ad hanc questio-
nem non est addita in Decl. Eam vide inter
quaestiones Eberi, fol. 21.*

Praefationes has scripsit :

*In Theoricis Planetarum Purbachij. 1.
declam. p. 115.*

In Copiam Erasmi.

In Confessionem Waldensium.

In Asconij Pædiani commentarios.

*Carmen in tumultum Joh. Ernesti ducis
Saxoniae. In epigram. Phil. O. 5.*

*Aliud carmen ad Franciscum Vinarien-
sem. In epigram. Phil. N. 1. 4.*

Anno

Anno Christi 1536.

Ætat. Philip. XL.

Hoc anno Philippus composuit scriptum:
Quatenus ad magistratus civilis officium per-
tineat abolere impios cultus: iudicium Aca-
demie Wittebergensis. Subscripserunt Lu-
therus, Pomeranus, Cruciger, Jonas & Phi-
lippus. Non est typis editum.

Consilium Philippi scriptum & missum ad
Tubingenses in re quadam graui. Facit eius
mentionem Cam. in vita Philip. & summam
scripti recitat. p. 163. Non est editum.

Formula Concordie inter Lutherum & Bu-
terum, aliosq; Ecclesiarum quarundam doctores
de Cæna Domini, conscripta à Phil. (est enim
in medio eius autographum) 29. Maij. die
post Exaudi, Witteberge. Facit eius mentio-
nem Phil. in epist. ad Cam. p. 265. Ipsa for-
mula Concordie impressa est postea Lipsiæ, an-
no 1562. Edidit eandem Crellius in articu-
lis Torgensibus, anno 1574.

Orationes has scripsit, quæ extant omnes
in 1. Tom. Declamat.

De laude vite scholasticæ, p. 452.

Contra affectationem nouitatis in vestitu,
p. 654.

De

*De puritate doctrine in Ecclesia conservan-
da, p. 38.*

De utilitate Philosophiae, p. 329.

De utilitate Arithmeticae. p. 372.

*Praefationes has scripsit, quae extant omnes
in 2. Tom. Declamat.*

In Arithmetica. p. 77.

In Geometriam, p. 80.

In tabulas resolutas Schoneri, p. 93.

In Chronicon Abbatis Urspergensis, p. 190.

*Questio: An leges damnent predictiones
astrologicas. Inter questiones ab Ebero colle-
ctas. fol. 24. b.*

*Alia, An Astrologia sit adiungenda me-
dicinae. Ibid. fol. 25. b.*

*Alia, de Aphorismo Hippocratis. Labor
articulis & carni prodest, cibus vero &
somnia visceribus. Ibid. fol. 29.*

*Epitaphium scriptum à Philippo Dn. Caspa-
re Lindeman, legitur Witteb. in templo Pa-
rochiali: & in epigram. Phil. O. 4. a.*

*Precatio graecis versiculis scripta, extat ibi-
dem, E. 2.*

Prælegit epistolam ad Romanos.

Anno

Anno Christi 1537.

Ætat. Phil. XLI.

Conuentus Smalcaldensis inchoatus 7. Feb. durauit vsq; ad 26. Nouemb. Qui in eo conuentu conuenerint ex Theologis, quæ fuerint causse indiçti conuentus: quid actum sit, quid à Philippo scriptum, Vide epist. Phil. ad Cam. p. 279. Et Cam. in vita Phil. p. 168.

Scriptum in Smalcaldensi conuentu propositum à theologis, contra Schwenckfeldium, Sebastianum Francum & alios, à Phil. compositum, extat 2. Tom. oper. Phil. p. 200.

Hoc anno elegantissima Sadoleti epistola ad Phil. scripta, quam recitat Camerarius in vita Phil. p. 172.

Penultima editio Ethicæ Phil. dedicata Christiano Pontano. De ea Phil. in epist. ad Cam. p. 288. Ego Cratoni typographo Epitomen ethicorum dedi, commentarium, ut ego quidem puto, futurum utilem studiosis.

Orationes scripsit has:

De dignitate studiorum Theologicorum, 1. Decl. p. 50.

De concordia, Ibid. p. 553.

De

De ingratitude Cuculi. Ibid. p. 632.

De vita Aristotelis, In 2. Tom. decl. p. 376.

*Oratiuncula ante lectionem statutorū: Ex-
tat inter questiones Eberi, p. 176. b.*

Prefationes scripsit has:

*In Alfraganum & Albategni. 1. Tom.
Decl. p. 129.*

*In commentarios rerum Turcicarum Fouij,
Ibid. p. 179.*

In psalterium Eobani Hessi.

*Dictare cepit libellum de Anima, qui po-
stea est editus, Anno 1540.*

*Prælegit Fastos Ouidij exorsus 11. Octob.
& finiuit 23. Decemb. anni sequentis.*

*Editi commentarij Jacobi Milichij in secun-
dum librum Plinij: cuius laboris maximam
partem docti viri Philippo soliti sunt ascribe-
re.*

D

Annō

Anno Christi 1538.

Ætat. Phil. XLII.

Hoc anno, doctore Luthero adhuc superstite, eoque sciente & approbante quædam tam in Confessione quam Apologia, non privato, sed publico nomine mutavit Philippus, ac declaravit luculentius. Postea nihil quicquam mutatum esse constat. Fuitque posterior illa recognita editio Wermatæ & Ratisbonæ exhibita, Anno 1540.

Taciti Germania edita à Philip. cum vocabulorum interpretationibus. De ea Philippus in epist. ad Cam. p. 308. Præfatio ad Davidem Vngnad in Sonnek, &c. Extat in 5. Tom. operum Phil. Etiam separatim est editum Wittebergæ in 8. In hunc Cornetij Taciti libellum extat epigram. Philippi ad Johannem Lutherum, in epigr. Phil. O. 7. b.

Editæ Ciceronis epistola, cum Philippi argumentis & Scholijs.

Orationes scripsit has:

De dignitate legum. 1. decl. p. 228.

De Platone, 2. decl. p. 353.

Præfationes has:

In Catechismum Moibani,

In

*In Computum Ecclesiast. Johannis de Sa-
crobusto. 2. decl. p. 136.*

In Syntaxin suam. 2. decl. p. 226.

*Quaestio: quem ad usum arteria iuncta
sint venis, meantibus per uniuersum corpus.
Inter quaestiones Eberi fol. 31. b.*

*Alia: An Achilles iure potuerit vocare
populum in concionem, inuito & nolente Im-
peratore Agamemnone. Ibid. fol. 33.*

Praeceptum ὕγιεινόν. In epigram. Phil. K. 4.

Anno Christi 1539.

Ætat. Phil. XLIII.

Comitia Francofordiana, ad quæ iter ingressus est Philippus prid. Cal. Feb. Camera-rius in vita Phil. p. 183. Epistolas de his comitijs ad Cam. scriptas, vide à fol. 312. vsq; 317. Binas ad Lutherum ex ysdem comitijs, vide in 2. lib. epist. Peuceri p. 15 & 17.

Iussus tum fuit Philippus de legitima & concessa neq; contraria voluntati diuine defensione, scriptũ componere: cuius ille in tres partes diuisi, syluulam vt ipse appellabat tunc instituit. Philip. in epist. ad Cam. p. 315. Hic iussus scripsi syluulam trium orationum: ὅτι ὁσίου ἔστι ἀμύνασθαι, ἢ ἢ ἐχθροὶ ὑπάρξωσιν ἀδικεῖν ἡμᾶς, id est, iustum esse & pium vim repellere, si hostes priores vim & iniuriam inferant.

Francofordiæ scripsit carmen ad studiosam iuuentutem, quod extat in epigram. Phil. F. 8. a. Et 2. decl. p. 217.

Philippi epistola in modum libelli scripta ad regem Angliæ, extat 4. Tom. oper. Philip. p. 837. Et lib. 1. epist. Peuc. p. 51. Et ad finem 3. Tom. Intimat. Wittebergensium.

Ad Venetos epistola Philippi, in qua refutat Serueti errorem: extat 4. Tom. epist. Phil. p. 833.

p. 833. Et 2. Tom. decl. p. 657. Et lib. 1. epist.
Peuc. p. 365.

Ad Comitem à Weda epistola extat 2.
Tom. decl. 628. Et lib. 1. epist. Peuc. p. 378.

Orationes has scripsit :

De studijs Theologiae, 1. decl. p. 15.

De vita Augustini, 2. decl. p. 263.

De vita Rodolphi, Ibid. p. 451.

De vita Sebastiani Munsteri, Ibid. p. 466.

De Guelfo Bauariae duce, Ibid. p. 606.

Prefationes has scripsit :

In Rodolphi Agricolae Dialecticā, 2. Tom.
decl. p. 204.

In sententias ex sacris scripturis collectas,
quae docent precipuum cultum Dei esse promo-
uere Euangelium. Adiecta sunt ad Catechis-
mum Joachimi Curai, editum nomine Johani-
nis Ferinarij, ad finem.

In Etymologiam latinae Grammaticae, ex
varijs autoribus collecta & edita Basilea.

Über den Deutschen Vrspergenssem, ab
Hedione conuersum: ad Rupertum Palatinū.

Über die Deutsche Grammaticā Mar-
ci Crodelij.

Quaestio: Vtrum vir nobilis Nicomeden-
sis commisserit in legen Iuliam maiestatis, cum
spectante populo concerperet edictū publicum.

Imp. Diocletiani, in quo mandabatur, ut seuitia exerceretur in Christianos. Extat in questionib. Eberi fol. 35.

*Alia: An cum Augustinus dixerit: Non crederem Euangelio nisi Ecclesie crederem: voluerit anteferri Euangelio opiniones quas-
cunq, hærentes in Ecclesia. Ibid. fol. 36.*

*De Ecclesia & autoritate verbi Dei, 2. Tom. oper. Phil. p. 117. Prefationem prefixit ad Albertum ducem Prussiae. Totum illum tractatum inseruit postea Philippus commentarijs suis in epistolam Pauli ad Romanos, quos anno 1540 scripsit, & extant in 3. Tom. oper. Phil. p. 879. De hoc libello ipse Philip. in epist. ad Cam. p. 323. Iussi tibi librum de Ecclesia mitti, in cuius fine declamito aduersus nouam sophisticam illius nostri & simi-
lium, qui nunc nouo artificio pingunt abusus, vt retinendi videantur. Cam. in vita Phil. p. 246. Edidit libellum paulo ante hæc tempora Philippus, quo sane haud scio an nullus extet alius ipsius tam simplici libertate orationis cõpositus, &c.*

Versiculi de Cantico angelorum: Gloria in excelsis: extant in epigr. Phil. C. 3. a.

*Iterum enarrauit epistolam ad Roman. ex-
orsus 21. Sepæmb.*

Anno

Anno Christi 1540.

Ætat. Phil. XLIII.

Conuentus Smalcaldensis Calend. Martij.
Sextus hic conuentus est, cui interfuit Philip-
pus, ipso teste in epist. ad Cam. p. 329. Acta
illius conuentus vide in epist. ad Cam. p. 329.
& 344. Epistolas ex eo conuentu ad Camera-
rium scriptas, vide fol. 327. & seq.

In hoc conuentu adornatum est à Philippo
scriptum, de potestate & primatu Papæ seu re-
gno Antichristi, & à precipuis nostrarum Ec-
clesiarum doctoribus, communi consensu com-
probatum. Extat in fine commentariorum
Chytræi in Apocalypsin, qui refert ad hunc an-
num, cum quantum ex epist. Phil. ad Cam. ex
priori conuentu Smalcaldensi scripta, apparet,
videatur ad illum annum, videlicet 1537 re-
ferendum. Quærendum igitur.

Alia scripta huius conuentus extant in 2
Tom. oper. Phil. p. 181.

Versiculi Smalcaldie scripti ad Georgium
Spalatinum, extant in epigr. Phil. N. 3.

Pars testamenti Melancthonis, quod scri-
psit ipse, cum mortem hoc anno expectaret, ea-
que sibi ipsi prædicta, paulò post morbo grauis-

D 4

simo.

simo Vimaria correptus, ac pene extinctus es-
set. Edita à Crellio in articulis Torgensibus K.
5. b.

Conuentus Haganoensis, ad quem profici-
scens Philippus, in morbum incidit & Wima-
ria remansit. Eo morbo intra paucos dies ita
consumebatur, vt iam omnes de vita ipsius de-
sperarent. Ad hunc cum Lutherus dies no-
ctesq; iter faciens venisset, cum gemitu & la-
crimis exclamauit: Heu, quàm preciosum
& Ecclesiæ vtile organum diuinũ, quàm
misere nobis est affectũ & pene interiũ.
Tom. 5. decl. p. 284. Cam. in vita Phil. p. 185.
De eo morbo ipse Phil. in epist. ad Cam. p. 333.
& 337.

Prima editio libelli de Anima, dedicata
Hieronymo Baumgartnero.

Editi commentarij in epist. ad Roman. Ex-
tant in 3. Tom. oper. Phil. p. 879. cum Prefatio-
ne ad Landgrauium Hassiæ. De his commen-
tarijs Philip. in epist. ad Cam. p. 329. In Ro-
manis prolegomena continent explica-
tionem, vt iudico, integram loci πρὸ τῆς
δικαιολογίας.

Edita Catechesis Phil. cum prefatione &
encomio Brentij. Postea rursus edita 1543 cū
prefatione Phil. Extat in 1. Tom. oper. Phil.

Orationes

Orationes has scripsit :

De Scholis instituendis, 1. Tom. decl. p. 513.

De vita Galeni. 2. Tom. decl. p. 402.

De Ottone 1. Imp. 2. Tom. decl. p. 483.

Præfationes has : præter modo
dictas scripsit :

In Xenophontem, 2. decl. p. 152.

In Micylli grammaticam, 2. decl. p. 220.

Epistola præfixa Grammaticæ suæ, ad Chri-
stianum Egenolphum.

Quæstio : Vtrum reditus donati Ecclesijs
ad Euangelij ministros alendos, & ad studia
conseruanda, eripiendi sint ociosis, impijs &
oppugnantibus Euangelium. In questionibus
Eberi, fol. 38.

Alia : Verumne sit, quod scribit Plinius :
Argentum tantum ex terra seu lapidibus ex-
coquendum esse, nec per sese nasci massas ar-
genteas. Ibid. fol. 39.

Propositiones in promotione Doct̃oris Mor-
lini. In 1. Tom. Lutheri, fol. 406.

Prælegit Euripidis Tragœdiam Iphigeniam
in Aulide. 1. Tom. Intim. fol. 27. b.

Versiculi de Psalmis, extant in epigra. Phi-
lip. D. 5. a.

Defensio coniugij sacerdotum pia & erudi-
ta, missa ad Regem Angliæ à Philippo Me-
lanch-

D 5

lanch-

lanchthone: Extat in 2. Tom. oper. Philip.
p. 368.

Colloquium Wormatiense, quod in sequen-
tem annum fuit extractum. Ad id Phil. post
morbum profectus est. Cum ei allatū esset de-
cretum Electoris de hac profectioe, versicu-
lum Lucani: Sed quo fata trahunt virtus
secura sequetur: ad se accommodavit pau-
lum mutatis verbis: Quo me fata trahent
pietas secura sequetur.

Ad praesides colloquij Wormatiensis extat
epistola Phil. in lib. 2. epist. Peuc. p. 11.

Scriptum trium delectorum, exhibitum
praesidentibus Wormatiae à Philippo composi-
tum, in quo continetur sententia ipsorum de
Coena Domini. Editum à Crellio in articulis
Torgensibus, L. 2. b.

Acta huius colloquij extant in 4. Tomo
oper. Phil. p. 640.

Epistola Phil. ad Luterum de hoc colloquio,
extat lib. 1. epist. Peuc. fol. 225. Et ad Gran-
nellanum lib. 2. epist. Peuc. fol. 6. In epist. ad
Cam. p. 354. Ad principem Anhaltinum lib.
2. epist. Peuc. fol. 198. Ad Pomeranum in
epistolis à Manlio editis, p. 99.

in hoc colloquio Wormatiensi, constituta est
à Phil. definitio peccati. Vide Viët, Strig. Dia-
lect. p. 74.

Versi-

*Versiculi Phil. Wormatie scripti ad Johanne-
nem Sturmium, extant in epist. Phil. ad Cam.
p. 343. Et in epigr. Phil. N. 6. b. Alij ad Si-
monem Grynaum, in epigr. Phil. H. 2. b. Ad
Andream Camitianum, ibid. N. 2. b. De Ca-
mittiani natali, ibid. N. 4. b.*

Anno

Anno Christi 1541.

Ætat. Phil. XLV.

De Wormaciensi colloquio, vide anno precedente.

In reditu ex itinere Wormaciensi, scripsit carmen de Thebis Saxonis. In epigram. Phil. N. 7. b.

*Hoc anno colloquium Ratisponense fuit. A-
Ëta extant 4. Tom. oper. Phil. fol. 696 & 729.
Eadem edita sunt germanice anno sequente:
ubi vide.*

*Oratio de hoc colloquio extat 5. Tom. decl.
p. 551. Et fit eius mentio eodem Tom. p. 283.*

*Epistolæ Phil. de hoc colloquio extant hæ.
Ad Lutherum lib. 1. epist. Peuc. p. 32. Ad
Carolus V. Ibid. p. 42. Ad lectorem, Ibid.
p. 188. & lib. 2. epist. Peuceri, p. 1. Ad Cam.
à p. 356, usq. ad 365.*

*In hoc Ratisponensi colloquio natum est au-
reum axioma Philippi, Eccio obiectum: NI-
HIL HABET RATIONEM SA-
CRAMENTI EXTRA VSVM
A CHRISTO INSTITVTVM.
Lutherus cum ad eum hæc fundamenta Me-
lanchthon è Comitij perscripsisset, tanto exi-
lyt*

lyt gaudio, ut qui spectarunt presentem, asse-
uerarint: nullo unquam tempore se latiore
eum vidisse, saepe exultantem & iterantem
atq; ingeminantem has voces: Maeste virtus
te & pietate mi Philippe: tibi debetur
gratia, qui pontificis potuisti sacramen-
tum adimere, quod ego nunquam tenta-
re vel aggredi fui ausus.

Philippus in quadam responsione ad scri-
ptum legatorum Saxoniorum, in negotio Fla-
cij anno 1557. quae extat in epist. studiosorum
Witteb. O. J. Prædixit mihi vir honestus
Jacobus Sturmius, cum Ratisponæ me
discedentem aliosq; cum alijs amicis co-
mitaretur, eis dicerem, nos in hac vita
non iterum conuenturos esse: Tunc ille,
Imo rursus conueniemus ad te crucifi-
gendum.

Ratisponæ scripsit Phil. testimonia de Eu-
charistia non administranda, nisi adsint quibus
ea distribuatur. Extant in 2. Tom. oper. Phil.
p. 202. Et p. 204. extant annotata à doctore
Casparo Crucigero Ratisponæ ad refutandas
præstigias sophismatum Eccianorum, in præci-
puis doctrinae Christianae capitibus.

De conuentu Ratisponensi epistola carmine
scripta ad Ioh. Cesariū, extat inter epigr. Phil.
G. 7. 4. v. Versi-

*Versiculi de somnio, quod habuit Philip. de
Hyæna, in comitijs Ratisponensibus, Ibid. G. 8.
a. & N. 5.*

*Scrispsit ibidem epigramma in Wintonien-
sem, defensorem cœlibatus. Ibid. H. 1. a. Et de
collatione impositionis manuum in dedicando
sacerdote, & dedicanda victima. Ibid. F. 2. a.*

*In itinere Ratisponensi 22. Martij compo-
suit carmen: Detestatio negligentie, ex cap.
17. Exod. In epigram. Phil. B. 7.*

*Ad hoc colloquium proficiscens Philippus,
in aditu Bavariæ lapsus lædit brachium. Eius
casus in multis locis facit mentionem Philip-
pus, Vt lib. 1. epist. Peuc. p. 89. 215. Et lib. 2.
epist. Peuc. p. 461. In epist. ad Cam. p. 356.
360. 362. 363.*

Orationes hoc anno has scripsit:

De odio sophistices, 1. Tom. decl. p. 591.

De regum officio, Ibid. p. 603.

*Querela Lazari, quam postea Jonas ger-
manice edidit, Ibid. p. 60.*

De D. Ambrosio, 2. Tom. decl. p. 283.

*Oratiuncula ante lectionem statutorum,
Extat in questionibus Eberi, fol. 180. b.*

*Versiculos præter modo dictos
hos fecit:*

Ad Camitianum, In epigr. Phil. N. 7. b.

Ad

Ad Erasmus Ebnerum, Ibid. N. 7. a.
De pago Melan prope Thebas Saxonicas,
Ibid. N. 8. a.

De lectione psalmorum Davidis, Ibid. D.
4. b.

De eclipsi Luna 12. Martij, Ibid. N. 8. b.

Tertia editio Locorum communium, cum
prafatione ad pios & studiosos scholasticos.

Quaestio: Vtrum sola Synodi habeant po-
testatem interpretandi scripturam, & an falli
possint. Extat in quaestionibus Eberi, fol. 42.

Circa hoc tempus coactus fuit Philip. iussu
aule quaedam scribere de exuijs Lycaonijs, hoc
est, de controuersia qua fuit Saxoni & Land-
grauio cum Henrico Brunsvicensi.

Liber Philippi de officio principum, editus
cum libello Ambrosij Moibani, de communio-
ne infantum. Libello Philippi Moibanus hos
prafixit versiculos ad pium lectorem.

Principis officium depingere nemo Philippi

Crede potest melius, quam bene docta manus.

Principis est verum cultum defendere Christi,

Et seruare Scholas, atq; alere ingenia.

Hoc anno vidi editos commentarios Phil.
in Fastos Ouidij, Basilea per Henricum Petrum.

Anno

Anno Christi 1542.

Ætat. Phil. XLVI.

Prima editio operum Philippi, Basileæ per Heruagium prodijt. Prefatio reposita est in 3. partem operum Philip. Wittebergensium A. 3. Edidit eandem Peucerus lib. 1. epist. p. 350.

Liber Ratisponensis, de quo in anno precedente, germanice editus, cum prefatione Phil. de qua in epist. ad Cam. p. 624. Vidi prefationem, quam præfixi libro Ratisponensi ante annos aliquot, in qua moneo doctrinæ corruptelas cauendas esse, grauitè scripta est, nec nunc melædit, sed illi declamationes addiderunt, ut solent, quibus credo vulgus delectari. Hactenus Philippus. Intelligit autem Flacianos qui illam prefationem denuo curarunt imprimi & glossemata addiderunt, &c.

Tertia editio Dialecticæ Phil. cum prefatione Eberi: In hac editione accesserunt regulæ consequentiariû: Regulæ de causis. Item, formæ distinctionum.

Enarratio epistolæ ad Timotheum, titulo Crucigeri.

Enarratio psalmi: Dixit Dominus: & aliquot sequentiû scripta hoc anno & sequenti.

Edita

Edita vero à Crucigero, anno 1546. Extat in
2. Tom. oper. Philip. p. 712.

Scholia Philippi in Homeri Βατραχουνομα-
χιας à studioso quodam ex ore Philippi olim
excepta, hoc anno primum edita. Albanus
Terminus in praefatione horum scholiorum ad Clau-
dium Cantiunculam: Scholia Phil. Melanch.
in Βατραχουνομαχιας, minime sunt indocta
acutaq;, nec mirum, si qui in maximis ubiq;
non postremas tenet, in minimis primas tu-
lerit. Ac sicubi sui dissimilis videatur, cogita
eum hac iam olim adolescentem non in hoc ut
ederet, sed discipulis suis priuatim, successiuis
temporibus dictitasse, aut ex tempore effudis-
se verius.

Oratio de equitate & iure scripto, Tom. 1.
decl. p. 257.

Alia de Polycarpo, Tom. 2. decl. p. 342.

Oratiuncula ante lectionem statutorum,
extat in questionibus Eberi, fol. 183.

Quaestio: Quae fuerint initia collegio-
rum Ecclesiasticorum, & an hoc tempore reti-
neant formam primum institutam in Ecclesia,
Ibid. fol. 46.

Propositiones in promotione D. Johannis
Maccabaei Scoti, extant in 1. Tom. oper. Luthe-
ri, fol. 486.

E

Versiculi

*Versiculi de motu astrorum in Theoricis
planetarum, extant inter epigra. Phil. G. 5. a.*

*Epigramma ad Eberum, pralecturum Dia-
lecticam Phil. Ibid. O. 1. a.*

*Interpretatus est Murenianam orationem,
Phil. in epist. ad Cam. p. 419.*

*Eine schriftt Philippi Melancthonis an
eine Erbare Stadt / von anrichtung der la-
teinischen Schul / nützlich zulesen.*

Anno

Anno Christi 1543.

Ætat. Phil. XLVII.

Per astatem Bonne fuit Philip. apud Hermannum Archiepiscopum Coloniensem, instituentem reformationem Ecclesiarum, adhibitis Philippo & Bucero. Sed Clerus illam mutationem non admisit. Mense Aprili iter ingressus est, & reuersus mense Augusto.

De eo conuentu extat Phil. epistola ad Lutherum, lib. 1. epist. Peuc. p. 219. Et ad Johannem Bugenhagium, Ibid. p. 261. Et ad Crucigerum, Ibid. p. 262. Ad Cam. p. 427. 428. 429. 430. presertim, p. 433. Camer. in vita Phil. p. 205.

Bonnam cum profecturus esset Melancthon, prius scripsit Witteberga testamentum plenum vaticinijs earum tempestatum, quæ nunc, proh dolor, ecclesiam petunt.

Bonne scripta est reformatio Coloniensis: in qua Philippus tres priores articulos, Bucerus reliquos scripsit.

Scripsit ibidem Philippus, Responsionem ad Clerum secundariũ Coloniae Agrippina: quod est unum ex optimis Philippi scriptis, quodq; ipsi auctori valde placuisse, ex multis locis

intelligi potest. Extat in 1. Tom. decl. Phil. p.
131. Et 2. Tom. oper. Phil. p. 95. Primum
separatim fuit editum in 8. cum prefatione
Lutheri.

Epistola Philippi Bonae à Phil. ad Calui-
num scripta, in qua pie de praedestinatione di-
sputat, extat in epist. Caluini, à Beza editis, p.
280.

In itinere ad Vbios composuit versiculos,
qui extant inter eius epigr. B. 7. b. cum titulo:
Moses stans in cauerna rupis. In reditu ex
Vbijs alios fecit: De Mose percutiente pe-
tram. Ibid. C j. b.

Enarratio Danielis Prophetae, extat 2. To-
mo oper. Phil. p. 416. Et 4. Tom. oper. Lutheri
Witteberg. fol. 339. Prefatio praefixa extat
eò 2. Tom. decl. Phil. p. 250.

Propositiones in promotione Doct. Albe-
ri, extant in 1. Tom. operum Lutheri, fol. 412.
Item aliae in promotione Doct. Marbachij, in
1. Tom. oper. Lutheri Witteb. fol. 485.

Orationes has scripsit:

De Ecclesia Christi, 1. Tom. decl. p. 95.

De dignitate legum, Ibid. p. 265.

De Paulo Apostolo, Ibid. p. 109.

De sententia: Singulos possidere eam
quae possident, 2. Tom. decl. p. 74.

Questio:

Quæstio: *An in Synodo, in iudicijs dogmatum soli Episcopi habeant suffragationem decisivam, ut vocant. Extat in quæstionibus ab Ebero collectis, fol. 48. b.*

Alia quæstio: *An iuste absolutus sit Anaxilaus dedens Byzantium, cum videret ciues, mulieres & infantes fame perire, 4. decl. p. 750.*

Prefationes has scripsit:

In Alcoranum binas: quarum altera incipit: Initio admonendus, &c. Altera: Edita sunt à multis.

In libellum Collini quo continentur axiomata religionis.

In reformationem Ecclesie Coloniensis, ac totius Barcensis prouincie, cuius modo facta mentio.

In locorum suorum Theologorum ultimam editionem, ad pium lectorem, extat in Corpore doctrinae.

Editus Catechismus Philippi cum prefatione, extat 1. Tom. oper. Phil.

Enarrauit quintum librum Ethicorum Aristotelis, 1. Tom. Intimat. Witteb. fol. 73. b. Item, Ptolemai locum in quadripartito, in quo conferuntur Planetae, temperamenta, mores, morbi. Ibidem fol. 72.

E. 3.

Epita.

*Epitaphium scriptū Giberto Longolio me-
dico, extat in epigr. Phil. S. 2. b. Aliud scri-
ptum Cleophæ Voglera. Ibid. K. 3. a.*

*Carmen Sapphicum de Angelis, extat in
epigram. Phil. E. 4. b.*

*Epigramma in elegias Christophori Cope-
beni. Ibid. P. 5. a.*

Anno

Anno Christi 1544.

Ætat. Phil. XLVIII.

*Edita Postilla Philippi, cum prefatione ad
Georgium Heltum. Extat 3. Tom. oper. Phil.
p. 1.*

*Hoc anno scriptæ sunt epistolæ, quæ maiori
Grammaticæ Phil. ad Camerarium & Valenti-
num Papam præfixæ sunt.*

*Composuit scriptum germanicum: Von
Sünden der Außewelten: an sit mortale
peccatum in sanctis, contra Naogeorgum pasto-
rem Calensem in Thuringia.*

Orationes has scripsit:

De Aristotele. 3. Tom. decl. p. 339.

*De dono interpretationis in Ecclesia. Ibid.
p. 440.*

De stricto iure & æquitate. 4. decl. p. 63.

*Quæstio: De discrimine annorum apud
diuersas gentes. 4. decl. p. 733.*

*Alia quæstio: De particula πρὸς τὸν θεόν.
Et verbum caro factum est. In quæstionibus.
Eberi, fol. 51. b.*

Prefationes has scripsit:

*In Ciceronis librum de senectute, ad Am-
brosium Schurerium, 16. Cal. Aprilis.*

E 4

In

*In graeca Biblia ad pium lectorem, 25. No-
uembri.*

*In Arithmetica Joachimi Ammonij Nif-
sensis, 17. Aprilis.*

*In fabulas Aesopicas à Camerario scriptas,
ad Christophorū Bernardi filium Ziglerum.
Mense Martio.*

*Propositiones in promotione Doct. Georgij
Maioris, 1. Tom. oper. Lutheri Witteb. fol. 417*

*Alia propositiones in promotione D. Theo-
dori Fabricij, Ibid. fol. 487.*

*Versiculi Philippi de S. Iohanne Baptista,
in epigram. Phil. E. 5. b. De Maria virgine,
visitante Elisabetham, Ibid. E. 6. a. De Ec-
clipsi, 24. Ianuarij, Ibid. G. 2. b.*

*Enarravit Horatij librum, de re poetica, lib.
1 Intimat. fol. 98. b. Item, Quadripartitam
Ptolemai, Ibid. fol. 99. b. Item, Pauli episto-
lam ad Roman, Ibid. fol. 101. exorsus est eam
pralectionem 21. Nouemb.*

*Quibus scriptiōibus alijs fuerit Philippus
hoc anno occupatus, meminit ipse Philippus in
epist. ad Cam. p. 478. 491. 509.*

Anno

Anno Christi 1545.

Ætat. Phil. XLIX.

Ordinationi principis Georgij ad ministerium Evangelij, & inspectionem Ecclesiarum interfuit. Etiam testimoniū ordinationis ipse composuit: quod recitat Cam. in vita Philippi, p. 224.

Palatinus Fridericus, qui Ludouico successerat, reformat Ecclesias doctrina puriore. Composuit tum Phil. scriptum de reformandis Ecclesijs, Cam. in vita, p. 229. & 497.

Postrema Loc. communium editio. Phil. in epist. ad Cam. p. 486, rogat Camerarium aliquot versiculos Græcos in illam editionem, qui extant in nouo libello epistolarum per Camerarium edito. S. 2. De hac postrema editione locorum extat preconium ipsius Lutheri, in præfatione primi Tomi suorum operum. Post obitum Lutheri, nihil prorsus Philippus in Locis suis mutauit, nisi quod in loco de libero arbitrio vnā saltem pagellā inseruit, vt Manicheas & Enthusiasticas quorundam imaginationes refutaret.

Hoc anno Iohan. Saxonius Hattestedius, primum edidit comment. Ph. in partitiones Oratorias Cic.

E S

Scrisit

Scrispsit consilium theologorum Witteber-
gensium, de fœdere ad reprimendos Papa co-
natus suscepto. Titulus est: Der Theologen
Rathschlag vnd bedencfen / Das die auffges-
richte einung Christlich vnd Gott gefellig
sey. Subscripserunt Lutherus, Bugenhagius,
Cruciger, Maior & Philippus.

Orationes has scripsit quæ omnes extant in
3. Tom. declamat.

De Basilio, p. 51.

De verbo ὀρθοτομῆς, p. 392.

De enigmate Samsonis, p. 401.

De dicto Mosis: Abijcite deos alienos,
p. 549.

De officio eorum qui sunt in ministerio Eu-
angelij, p. 568.

Quæstio: de sudore Christi in agone. 3.
decl. p. 708.

Alia quæstio: De Pausania rege Lacedæ-
moniorum. In quæstionib. Eberi, p. 64.

Alia, proposita D. Erasmo Flock, cum de-
cerneretur illi titulus doctorum, in arte medi-
ca, Ibid. p. 66.

Alia, An Aristides, Socrates, &c. sint here-
des vitæ æternæ, Ibid. p. 67. b.

Prefatio

Praefationes has scripsit:

In 1. Tom. oper. Lutheri, Witteberga impressum.

In alteram editionem Ethicae suae, ad Arnoldum Burenium.

In disputationes Lutheri à Philippo collectas, extat in 1. Tom. oper. Lutheri, Wittebergens. fol. 371.

In librum Augustini, de littera & spiritu.

Enarravit lib. 1. Ethicorum Aristotelis, lib. 1. Intim. Witteb. fol. 125. b. Item, secundum librum Quadripartiti. Ibid. fol. 140. Praelegit libellum Ciceronis de Oratore ad Q. Fratrem: & lectionem inchoavit 17. Augusti. Item, Orationem Lycurgi.

Sapphicum carmen in Pindarum, extat in epigram. Phil. K. 7. b. Epigramma de ingratitude. Ibid. G. 1. b.

Scholia in epistolam Pauli ad Colossenses, iterum à Philippo recognita & edita Witteberga in 8. in Josephi Klugij officina.

De legendis Tragædijs & Comædijs epistola Philippi Melancthonis. Extat in omnibus fere exemplaribus Terentij. Item, in 5. Tom. decl. p. 96 1. Et in lib. 1. epistolarum Phil. editarum à Peucero, p. 464.

omni

Expli-

Explicauit publice graecum carmen Came-
rarij: quod inscripsit, Capita Christianae doctri-
nae, commemorata ad pueros. Exorsus est eam
praelectionem, 7. Februarij. Finijt 9. Maij. Vi-
de lib. 1. Intimat. Witteb. fol. 107. Et episto-
las Phil. ad Cam. p. 499. Sequenti mense, hoc
est, 12. Iunij, cepit explicare alium Camerarij
libellum scriptum ad Latomum, de inuocatione
sanctorum, finijt 17. Octobris.

Anno



Anno Christi 1546.

Ætat. Phil. L.

*Lutherus mortuus: de cuius obitu edidit
narratiunculam Philippus. Oratio de funere
Lutheri, extat 3. decl. p. 19. Vita Lutheri à
Philippo descripta, extat 4. Tom. decl. p. 496.
quæ est præfatio in 2. Tom. oper. Lutheri.*

*Orationes has scripsit, quæ omnes
extant 3. Tom. decl. Phil.*

De maxilla Samsonis, p. 406.

*De dicto Pauli: Deus est qui efficit, p.
413.*

*De alio dicto Pauli: Attende lectioni,
p. 502.*

De vita D. Hieronymi, p. 67.

*De discrimine Ecclesie DEI & imperij
mundi, p. 451.*

De Jonatha, p. 1.

De Maccabæis, p. 50.

De periodis imperiorum, p. 721.

*Narratiuncula ante lectionem statutorum
pronunciata, extat inter quæstiones Eberi, fo-
lio 185.*

*Libellus editus cui titulum fecit Philippus:
Collatio actionum forensium Atticarum
& Romanarum*

& Romanarum, cum præfatione ad Iosachimum Mollerum Hamburgensem.

Scriptit nomine Theologorum: Rathschlag der Theologen in der Universität Wittenberg/ gehalten / vnd dem damals Churfürsten Herzog Johann. Fridrich/ 12. auff sein Befehl vnd erfordern gegeben / wegen des Krieges wider Keyser Carl/ 12. vorgekommen. Subscripserunt Pomeranus, Cruciger, Maior, Philippus. Nondum typis impressum.

Præfatio vber das Büchlin Lutheri / An seine liebe Deutschen.

Propositiones de tota Euangelij doctrina, in 4. Tom. operum Phil. p. 530. Alia contra Petrum de Maluenda, ibid. p. 543.

Prælegit Pauli epistolam ad Romanos, 1. Tom. Intim. Witteb. p. 161. Et artem poeticam Horatij. Item, Ethicam Aristotelis.

Edita à Crucigero, enarratio in Euangelium Johannis apostoli, Extat 3. Tom. operum Philippi, p. 592.

Anno

Anno Christi 1547.

Ætat. Phil. LI.

Primus conuentus post Lutheri mortem,
ab Electore Mauritio coactus Lipsiæ: cui Phi-
lippus interfuit. Actum fuit de Ceremonijs.
Vide acta Synodica, L. I. & seq.

Prodiit liber Iusti Meny, de defensione con-
cessa humano generi iure nature. Eius libri
Philippum autorem esse ex multis scriptis Phi-
lippi apparet, Vt ex lib. 1. epist. Peuc. p. 264.
& lib. 2. epist. Peuc. p. 131. 161. 491.

Vltima editio Dialecticæ, de qua ipse Phi-
lippus lib. 2. epist. Peuc. p. 205. ad principem
Anhalt: Edo nunc Dialecticem, quam
valde profuturam discipulis spero. Et
lib. 1. epist. Peuc. p. 278. ad Aquilam: Ita res
texui Dialecticam, vt pene integrã com-
plexus sim: & illustraui exemplis quæ
in Ecclesia extare vtile est. Eod. lib. p. 522.
ad Eberũ: Do operam, vt totum opus re-
liquum condiatur illecebris, vt sicut apis-
culæ Melissa inuitantur, ita nos iuuentu-
tem inuitemus suauibus materijs. Ad
Cam. p. 575: Absolui in hoc exilio pro-
missum filio munus (nam Camerarij filio
dedica-

*dedicavit) & ita pertexui, vt sperem ados-
lescentibus profuturam lucubrationem
ad iudicandum. Et in epist. quadam ad Col-
linum: Dialecticam edidi pene integram,
quæ erit testis nostri iudicij de multis res-
bus, & vt spero, profutura est multorum
studij.*

*Hoc anno composuit Philippus germani-
cum scriptum: Bedencken vom Concilio.
Facit eius mentionem lib. 1. epist. Peuc. p. 522
Non est editum.*

*Oratio scripta à Philippo, de coniuge Al-
berti March. Brandenburg. Dorothea. Extat
3. decl. p. 203.*

*Alia oratio de dicto Pauli: Sis intentus
lectioni, Ibid. p. 514.*

*Enarravit epistolam Pauli ad Coloss. Tom.
1. Intimat. Witeb. fol. 191. b. exorsus 24.
Octobris. Item, Salomonis prouerbia, Ibid. fol.
194. Et lib. 2. epist. Peuc. p. 292.*

*Versiculi de eclipsi Lunæ 28. Octobris. In
epigram. Phil. G. 1. b. Alij, de imagine som-
nij quod habuit in initio belli ciuilis in Germa-
nia, Ibid. E. 3. a.*

*Epitaphium graecum scriptum à Philip. D.
Johanni Hesso Theologo, legitur Vratislaue in
æde Magdæa, Extat & in epigr. Phil. M. 4.*

Anno

Anno Christi 1548.

Ætat. Phil. LII.

Propter INTERIM octo conuentus
coëgit hoc anno Mauricius Elector: quibus
Philippus omnibus, primo excepto, quod sece-
dere iussus fuisset, ob metum Cesaris, inter-
fuit. Scripta etiam omnia quæ in illis conuen-
tibus fuere exhibita, Philippus composuit. An-
te actiones etiam horum conuentuum consultus
Philippus à Mauricio Electore, de Synodo, re-
spondit scripto, quod extat in actis synodicis,
O. 1. b.

Conuentus autem & scripta ordi-
ne hi sunt:

I. Cygnæus. Ad hunc conuentum ex
secessu misit Philippus primū scriptum de In-
terim, cum doctissima epistola ad Crucigerū,
extat in actis Synodicis, Q. 2. b. Hoc scriptum
paulo post secutum est aliud eiusdem Philippi:
de insidiosa & fraudulenta deprauatione ar-
ticuli de Iustificatione, in libro Augustano.
Item, demonstratio & refutatio fuci, quo pin-
gitur priuata Missa in libro Augustano. Ex-
tant in actis Synodicis, R. 2. & 3.

F

II. Cel

II. Cellensis. In hoc conuentu scripsit Philippus censuram plenioram, de singulis libri Augustani capitibus. Extat in actis Synodis, S. 2. Cella vix domum reuersus Melanchthon, statim postridie qua erat 29 April. Germanicum scriptum de eodem negotio componit: quod conuersum in latinam linguam, extat in actis Synodis, T. 3. Item, aliud prolixum scriptum 16 Iunij confectum, continens notationes de corruptelis libri Interim, Ibid. X. 4. Priuata scripta qua ibidem ponuntur, praterimus.

III. Misnensis. In hoc conuentu fecit germanicum scriptum, quod latinum extat in actis Synod. D d. 4. b. titulo: Iudicium de libro Augustano, qui nominatur Interim, &c. Et aliud: De Iustificatione hominis coram Deo gratuita & noua obœdientia, &c. I r. 2.

IIII. Pegauiensis. In hoc actum fuit cum Misnense & Neupurgense episcopo, Ac colloquij initium factum est à capite Iustificationis, de qua Theologi Electoris Mauritij doctrinam scripto comprehensam proposuerunt, quod extat in actis Synodis, N n. 3.

V. Torgensis. Scripta in hoc conuentu composita & oblata, extant in actis Synodis, S. J. 2.

VI. Cels

*VI. Cellensis II. In hoc conuentu a-
ctum de Adiaphoribus. Scripta extant in actis
Synodicis, à Tt. 4.*

*VII. Iutrepocensis. In hoc conuentu
compositum fuit scriptum de Canone. Extat
in actis Synodicis, Z z. 1. b.*

*VIII. Lipsensis. In hoc primùm con-
uentu perfectum est, de quo actum & delibe-
ratum per totum trimestre fuerat, ut consti-
tueretur de responsione ad Casarem de libro
INTERIM. Scriptum extat in actis
Synodicis, B b b. & seq.*

Orationes hoc anno scriptae:

*De dicto Esata: Polui verba mea. 3. de-
clamat. p. 577.*

*De duobus canalibus à faucibus in corpus
descendentibus, 3. decl. 715.*

De tribus farinae satis, 3. decl. 421.

*De dignitate & utilitate artis medicae, 4.
decl. 222.*

*De studijs litterarum non deserendis, 4.
decl. p. 377.*

*An liceat petere gradum Doctoris, 3. de-
clam. p. 47.*

De diuersis aetatibus Ecclesiae, 3. decl. p. 36.

*Quaestio: An satisfactio Canonica sit
mandata diuinitus, 3. decl. p. 739.*

F 2

Alia,

Alia, *De dicto*: Meum nomen & nomina patrum inuocentur, 4. decl. p. 820.

Alia: *Vtrum in prandio vel in cæna cibo largiore utendum*. Extat in questionib. Eberri, fol. 80.

Philippi liber de pœnitentia editus, 2. Tomo oper. Phil. p. 555.

Propositiones de pœnitentia, 4. Tom. oper. Phil. p. 545.

Prefatio in historiam Iudaicam Eberri. De historia ipsa vide iudicium Phil. lib. 2. epist. Peuceri, p. 197.

Repetijt Dialecticam, & adiunxit propter eruditiores simplicem & perspicuam enarrationem Organi Aristotelici, In qua ostendit non esse tantam obscuritatem in Aristotele, quanta tum visa fuit cum illi labyrinthi commentariorum in manibus fuerunt. Prælegit & de arte poëtica Horatij, lib. 1. Intimat. fol. 200. Enarrationem epistolæ ad Rom. inchoauit in Septembri. 1. Tom. Intimat. fol. 225. Enarrauit Pindarum, & Demosthenis orationem πρὸς Σεφάνας. Lib. 1. Intim. fol. 224.

Anno

Anno Christi 1549.

Ætat. Phil. LIII.

Propter INTERIM tres conuentus à
Mauricio Electore hoc anno coacti: quibus
omnibus rursus Philippus interfuit.

I. Mersburgensis. In hoc conuentu,
liber Agendorum nouus confectus est, mense
Martio. De eo vide acta Synodica, D d d. 2.
& seq.

II. Torgensis. In hoc responderunt
Theologi scripto Gabrielis Dydimi, à quo ac-
cusati fuerant idolatria & desertæ veritatis.
Extat in actis Synodicis, D d d. 4.

III. Grimmensis. In hoc liber Agen-
dorum fuit lectus, & post considerationem di-
ligentem omnium, communiter ab uniuersis re-
sponsum eo modo, ut ex germanico conuersum,
extat in actis Synodicis, E e e. 2.

Epistola Philippi de Adiaphoris, ad pastores
Ecclesie Hamburgensis: ad Ecclesias in Mar-
chia: in comitatu Mansfeldensi: ad Franco-
fordianos, Extant in actis Synodicis, E e e. 4.
& seq.

Bellum Flacianum gliscere capit. Prima
epistola Philippi, qua respondet Flacio, extat 3.

F 3

decl.

decl. p. 687. Tom. 2. oper. Phil. p. 152. In
actis Synodicis, C. 2. Lib. 1. epist. Peuc. p. 323.
Ad finem epistolarum studiosorum Witteber-
gensium.

Orationes has scripsit, quæ extant omnes
in 3. Tom. Declamat.

De Johanne Regiomontano, p. 239.

De Casparo Crucigero, p. 299.

De dicto Pauli: Typus esto fidelium,
p. 460.

De dicto Christi: Ego pro te oravi, p.
472.

De dicto Pauli: Probet unusquisque
opus, p. 589. Extat & in actis Synodicis, D.
1, b.

De imagine Dei, p. 658.

Sequentes orationes extant omnes in
4. Tom. decl. Phil.

Oratio Schurfij, p. 92.

De appellationibus panum, p. 290.

De studijs lingue græcæ, p. 404.

De studijs lingue hebrææ, p. 424.

De lingua hebræa, p. 440.

Quæstio: de fato Stoico, 3. decl. p. 752.

Alia: Vtrum obligandi sint homines, ut
iudicato in Synodis obtemperet. Extat in qua-
estionibus Eberi, fol. 93.

Vltima

Vltima editio Physica Philippi, cum praefatione ad Michaelcm Meienburgum.

Praefationes has scripsit :

In libellum Flacij, de vocabulo Fidei, ad D. Thomam Archiepiscopũ Cantuariensem. Extat in 4. Tom. decl. p. 582.

In libellum M. Tilemanni Cragij, de imagine Dei. Extat in 3. decl. p. 658.

In 3. Tomum oper. Lutheri. Extat in 4. Tom. decl. p. 520.

Disputatio de Jubileo anno habita, extat in 4. Tom. oper. Phil. p. 550.

Carmen de Ecclipsi, 12. Aprilis. Extat in epigr. Phil. S. 8. b.

Pralegit orationem pro Murena, quam exorsus est 17. Septembris. Repetijt orationem Demosthenis πρὸς Σεφάκων, exorsus 17. Sep.

Anno Christi 1550.

Ætat. Phil. LIIII.

In Ecclesiasten Salomonis editi commenta-
rij Philippi, cum præfatione ad Joachimum
Mollerum. Extant 2. Tom. oper. Phil. p. 935.
& 4. Tom. lat. operum Lutheri Witteberg. fol.
105. Philippus ad Joachimum Mollerum lib.
2. epist. Peuc. p. 506. Editur hîc enarratio
breuis in Ecclesiasten, qui omnibus in
gubernatione præsertim familiarissime
notus esse debet, quem decreui tibi dedi-
care.

Symboli Niceni enarratio prior, edita hoc
anno. Extat 1. Tom. oper. Phil. p. 390.

Editio proverborum Salomonis, Extat in
4. Tom. oper. Lutheri Wittebergensium lati-
nor. fol 68. Dedicavit eam Johanni Alberto
duci Megalburgensi, quæ ibi non est addita:
initium eius est: Est omnino difficile, &c.
Anno postea 1555 eam explicationem re-
texuit, & eidem Alberto dedicavit, retenta
priori præfatione, exordio tantum mutato, ac
incipit: Redit ad Celsitudinem, &c.

Ultima editio Ethicorum Philippi, cum præ-
fatione ad Arnoldum Burenium.

Hoc

Hoc anno edidit Calvinus libellum cui fecit
titulum: Excusatio ad Pseudo Nicodemus:
cum quadam appendice, de eadem re à
Philippo scripta.

Orationes has scripsit, quæ extant omnes
in 3. Tom. declam.

De Johanne duce Saxonie, p. 104.

De Mose feriente petram, p. 480.

De dicto Christi: Pater, sanctifica eos,
p. 492.

De dicto Pauli: Sermo Christi habita-
ret, &c. p. 527.

De dicto Christi: Nemo rapiet oves. p.
450.

De dicto: Non auferetur sceptrum, &c.
p. 617.

Orationes sequentes extant in
4. Tom. decl.

De legibus, p. 49.

De sympathia & antipathia, p. 186.

De doctrina Physica, p. 231.

De studio doctrinae anatomicae, p. 242.

De partibus & motibus cordis, p. 265.

De coniugio, in nuptijs Stelle, à Chytræo
scripta, p. 478.

Quæstio I. An errores tam late gras-
sari possint, ut videatur esse uniuersalis con-
sensus.

E S.

sensus.

sensus. Tom. 3. declamat. Philip. p. 737.

*II. Vtrum fatendum sit in Ecclesia synodo-
rum iudicia esse oportere. 3. decl. p. 745.*

*III. An verum sit dictum: Frustra ser-
uat Euangelium qui non seruat Cano-
nes. 4. decl. p. 803.*

*III. An recte dictum: Bibendum
esse vt sitiens desinas. 4. decl. p. 808.*

*V. An respiret infans in utero. In que-
stionibus Eberi, fol. 101.*

*VI. An Imperator recte facturus sit, si
ipse episcopos & alios idoneos homines conuo-
cet. Ibid. fol. 105.*

*Prefatio in carmina epitaphia, de obitu
Johannis Spangenbergij, autore Hieronymo
Menzelio.*

*In explicationem nouissimorum verborum
Davidis, autore Luthero.*

*In Cantica sacra veteris Ecclesie, edita à
Luca Lossio.*

*In tabulam Chronologicam Chunmanni
Flinsbachij.*

In Calendariū Eberi, nomine Eberi edita.

*Vber den drittē Theil der Deutschen
bücher Lutheri / zu Wittenberg außgans-
gen / an Christianum König in Dennes-
marck.*

Propo-

*Item, Vber den vierden Theil der
Deutschen Bücher Lutheri/ zu Wittens-
berg außgangen / An Philippum Fürs-
ten in Pommern. 20. Decembris.*

*Propositiones de Ecclesia, 4. Tom. oper. Phil.
p. 557. Alia, de discrimine legis & Euan-
gely. Ibid. p. 564.*

*Epistola de coniugio, ad Albertum Mar-
chionem, 4. Tom. decl. p. 474.*

*Interpretatus est Apollonij carmen Argo-
nauticum, 1. Tom. Intim. fol. 297. Exorsus
3. Martij. Epistolam ad Romanos finiuit 30.
Octobris.*

Anno

Anno Christi 1551.

Ætat. Phil. LV.

Repetitio Confessionis Augustana scripta à Philippo, ut Synodo Tridentina exhiberetur. Extat in 1. Tom. oper. Phil. & Corpore doctrinae, p. 233. Vide de ea acta Synod. G. 2. b. & G. 4.

Circa hunc annum scriptus est commentarius in priorem epistolam Pauli ad Corinthios, qui extat in 4. Tom. oper. Phil. p. 210.

Enarratio prioris epistolæ ad Timotheum & duorum capitum secunda. Extat 4. Tom. oper. Phil. p. 366. Cepit eam dictare anno precedente 7. Nouembris.

Commonefactiones pie de coniugio, collectæ à Philippo, cum præfatione ad Medmannum.

Explicauit Theognidem: exorsus 2. Maij. Hæc explicatio postea anno 1560 studio Johannis Maioris Ioachimici, edita est.

Enarravit Thucydidem, exorsus 17. Nouembris. Versio postea à Vito Winshemio edita est.

Enarravit & Aristophanis Comædiã, quæ Equites inscribitur, exorsus 16. Nouembris.

Orationes

Orationes has scripsit, quae extant
in 3. Tom. decl. Phil.

De Friderico duce Saxoniae, p. 80.

De Matthiae rege Vngariae, p. 170.

De definitione Iustitiae apud Clementem
Alexandrinum, p. 646.

Prefatio in libellum Maioris, de profana-
tione Cænae, Extat 4. Tom. decl. p. 598.

Alia, In explicationes aliquot sententia-
rum ex Johanne Evangelista, collectarum à Vi-
zo Theodoro, ad Jacobum Camenicensem.

Alia, in Encelij libellum, de re metallica.

Alia germanica in libellum, de tentatio-
nibus Christi, editum à M. Iohanne Hyalino,
Lignicense.

Propositiones de Creationis actione. 4.
Tom. oper. Phil. p. 570.

Epigramma in parelia conspecta 21 Mar-
tij. Extat in epigram. Phil. H. 2. b. & S. 2. a.
Alij versiculi ibidem extant, E. 2. a. O. 1. b.
O. 2. a.

Ab hoc tempore cepit Philippus in matri-
cula Wittebergensi ad singulos annos usq. ad
obitum suum ascribere historias euentuum, quae
quoquo anno, in Ecclesia & politijs, accidissent.

Anno

Anno Christi 1552.

Ætat. Phil. LVI.

Academia propter pestem Torgam translata, ibi prelegit Philippus Justinus Martyris librum. Vide lib. 2. epist. Peuce. p. 258. Dictavit ibidem de unione personarum libellum, qui nondum est editus. Item, enarravit Psal. LX. 13 Augusti, extat in 2. Tom. oper. Phil. p. 697. Tradidit ibidem & sequenti anno Wittebergæ definitiones appellationum, quæ extant appresse ad Examen Ordinandorum: & in Corpore doctrinæ, seu 1. Tom. oper. Phil.

Hoc anno Tridentum profecturus, venit Norinbergam. Cam. in vita Phil. p. 321. De profectioe hac sua scribit Philippus epistolam ad professores Wittebergenses, quæ extat in 1. Tom. Intimat. fol. 395. b. Et ad principem Anhaltinum, lib. 2. epist. Peuc. p. 246. Sed iter non successit, quare in quadam epistola ad Collinum sic scribit: Etsi scio multos Tridenti indoctos & malos homines esse: tamen profectus essem eo, si Germania tranquilla esset. Nunc vel moesticia me, ut redirem mouit, vel quædam probabilis ratio, quod intempestium esse iudicavi,
dispus

disputatione in Synodo certare de autoritate τῶν ἀρχιερέων, si alibi armis labefactaretur.

Epistolas Norinbergæ ad Camerarium scriptas, vide à pag. 655 vsq. ad 663. Scripsit ibidem præfationem in tabulas directionum Cypriani Lepuitij, & aliquot epistolas ad eundem, quæ ad finem tabularum sunt appresse. Scripsit & carmen de consideratione humani corporis. Extat in epigr. Phil. F. 5. b. In reditu ex itinere Norinbergensi, composuit versiculos de venis metallicis, qui extant inter Phil. epigram. D. 5. a.

Ultima editio libelli de Anima, cum præfatione ad Hieronymum Bomgartnerum, Calend. Nouembr.

Præfatio in 4. Tom. oper. Lutheri Wittebergens. lat. ad Joh. Fridericum. Extat & in 4. Tom. decl. Phil. p. 534.

Refutauit germanico scripto dogma Osiandri, seu ut Philippus sepe vocat: Gorgonem Balticam. Titulus libri est: Antwort auff das Buch Herrn Andrea Osiandri / von der Rechtfertigung des Menschen.

Examen Mechelburgense, editum germanice à Philippo. Facit eius mentionem Phil. lib. 2. epist. Peuc. p. 410. 413. 449.

Pertexuit

*Pertexuit Locos Germanicos, Lib. 2. epist.
Peuc. p. 296.*

Orationes hoc anno has scripsit:

*De Eberhardo duce Wirtebergensi, 3. de-
clamat. p. 154.*

*De legum iustitia & disciplina prestantia
ac necessitate. 3. decl. p. 130.*

*De vita Capnionis. 3. decl. p. 280. De hac
oratione Philip. in epist. ad Camerar. p. 667:
Mitto exemplum historię Capnionis fas-
tis tenuiter scriptę. Nec utar excusatio-
ne mœsticię aut brevitatis temporis. In-
uida me spacijs natura coercuit arctis.*

*Epitaphium à Philippo scriptum Benedicto
Paulo, Iurisconsulto: legitur Witteberga in
templo Parochiali. Et in epigr. Phil. H. 8. b.*

*Prefatio in tabulã Iudę Tilemanni Stel-
la, nomine Stelle addita. Adiecta locorum
insignium explicatio & historie, per eundem
Phil. Melanch, quę extant & in Chron. Phi-
lippi, in folio.*

*Quęstio I. An usus rerum iure natu-
ra communis sit, & an naturalia sint immuta-
bilia. In quęst. Eberi, fol. 108.*

*II. Quid significet vermiculus in dicto E-
saię: Si peccata vestra erunt ut Coccis
num & rubra ut vermiculus, Ibiã fol. 110*

Versicu-

*Versiculi de appellatione Siloh. In epigr.
D. 7. a. De Siclo, D. 6. a. De oppido Torga,
F. 7. a. De nauī Christi, quæ est Ecclesia Dei.
C. 1. a. Gratiarum actio de constitutione Ec-
clesiæ, D. 4. a.*

*Enarravit symbolum Nicenum, exorsus 7.
Aprilis. Item, epistolam Pauli ad Rom. exor-
sus 24. Maij.*

G Anno

Anno Christi 1553.

Ætat. Phil. LVII.

Huius anni die 3. Aprilis, amisit Philippus Johannem ministrum, cuius opera usus Philippus fuerat annos fere 34. Scriptum publicum de obitu eius affixum, & à Phil. scriptum extat 2. Tom. Intim. C. 1. Epitaphium eius ab eodem Philippo scriptum, extat in epigr. Phil. P. 2. b. & 3. Tom. Intim fol. 122. Hic Johannes cum biduo ante obitum audisset recitari ex carmine Camerarij, quo Witteberga discedens amicis valedixerat, distichon in quo sui fieret mentio:

Iane ministerio magni spectate Philippi

Care mihi & valeas care minister hero:

erupit in has voces illacrimans: satis sese tulisse præmij pro omnibus officijs ex hoc disticho, quo celebretur inter summos viros, & à summis quos habuit Germania.

Commentarius in Prophetam Zachariam, extat in 2. Tom. oper. Phil. p. 535.

Explicationes in initium Malachie, 2. Tomo operum Phil. p. 545.

Responsio de controuersia Stancari, scripta Dessauæ, extat 4. decl. p. 765. & in Corpore doctrinæ

*doctrina ad finem. De ea Philippus in epist.
ad Cam. p. 670. Responſionem de Stans
cari controuersia perſcripsi, quæ multo
est & breuior & summiſsior quàm pos
tulat magnitudo cauſſæ, Sed hominem
iracundum & bilioſum non volui accen
dere. Facit eius mentionem & lib. 2. epist.
Peuc. p. 83.*

*Instituit responſionem ad Stenckfeldij de
liramenta, rogatus litteris senatus Augustani.*

*Die 17 Maij, cepit dictare Examen Ordi
nandorum: sequenti anno editum.*

*Commentarij in psalmos scripti, partim
hoc anno, partim sequenti, extant in 2. Tom.
oper. Phil. p. 548 & 712.*

Propositiones, 4. Tom. oper. Phil. p. 572.

*Prefatio in Quadrupartitam Ptolemæi, 4.
Tom. decl. p. 341.*

*In græcam Grammaticam Michaëlis Ne
andri, hoc anno editam.*

In disputationem Alesij.

*Über den Sechsten Theil der Deuts
schen Bücher Lutheri / zu Witttemberg
gedruckt / an Wilhelm vnd Georg Erns
ten Fürsten vñ Grassen zu Hennenberg.*

*Orationes hoc anno Philippus has
scripsit:*

G 2

De

*De dignitate doctrina Legum & Iuriscon-
sultorum, 4. decl. p. 24.*

*De calumnijs Osiandri & earum refutatio-
ne, 3. decl. p. 696.*

De Anatomia, 4. decl. p. 253.

De studijs Astronomiæ, 4. decl. p. 319.

*De dicto: Verbum caro factum est. In
questionibus Eberi, fol. 112.*

*De regione & gente Mysorum, 4. declam. p.
299. Inclusit in ea Misniam triangulo, quod
multis in locis repetit Philippus, ut lib. 2. epist.
Peuc. p. 681. Tom. 3. decl. p. 232. In qua-
dam prefatione super epigr. Huberi. Item, in
epist. ad Collinum.*

*Quæstio I. Quare filius Dei vocetur Si-
loh, 4. decl. p. 726. II. De terræmotu, 4.
decl. p. 746.*

*Judicium Philippi de explicationibus Eu-
angeliorum Matthæi & Marci, quas scripsit
Lossius.*

*Versiculi de nomine Margaridos, sponse
Davidis Chytræi: extant in epigr. Phil. G. 4.
a. Editi sunt iisdem, Sed ἀνεφαλοὶ cum alijs car-
minibus epithalamys de coniugio Chytræi, &
tribuuntur Josepho Bentio Tubingensi. Extat
ibidem longum carmen Philippi latinū & epi-
gramma Græcum, de iisdem Chytræi nuptijs,
quæ*

que inter epigrammata Philippi non sunt re-
lata.

Versiculi in imaginem principis Mauricij,
ducis Saxo. Electoris: extant in epigra. Phil.
I. 2. a. In mortem Erasmi Reinholdi epigram-
ma graecum, S. 4. b. Aliud graecum ad Geor-
gium Fabricium, S. 7. a.

Epitaphium Georgij principis Anhaltini,
in epigr. Phil. S. 6. a.

Explicauit Pindarum, exorsus 30. Octob.

G 3

Anno

Anno Christi 1554.

Ætat. Phil. LVIII.

Conuentus Naumburgensis in Duringia, cui interfuit Philippus, Cam. in vita Phil. p. 337. Matricula Wittebergensis sub anno 1555. Philip. in epist. ad Cam. p. 681. 683. presertim 686. Et in quadam epistola ad Chytraeum hac: Petierat dux Wirtebergensis vt aliqui doctores Ecclesiarū conuenirent. Venimus Naopyrgum ad Salæ ripam nos & Hesiaci, cumq; ibi dies 10. commorati essemus, discessimus. Eadem fere in epist. ad Georgium Bucholcerum. Manlius in epist. p. 390.

Eine Abschrift der beredunge vnd vertrags etlicher Landtschafften Predicanten/gehalten zur Naumburg. Gestellet von Philip. Melanchthone. Non editum. De eo Phil. in epist. ad Cam. p. 686. Postea cum flagitarem exemplum instructionis, nemo quicquam composuerat, iubent igitur, vt ego componā, scripsi formam subito, quæ postridie lecta in confessu, comprobata est.

Examen ordinandorum editum.

Scribit

Scribit ad Eperiensēs, de controuersia Matthiæ Lanterwald, extat lib. 1. epist. Peuceri, p. 303.

Scriptum Phil. de Serueto supplicio affecto apud Genuenses. Non editum. Facit eius mentionem Philippus in quadam ad Bullingerum epistola, quam cum Caluini epistolis Beza edidit, p. 174 his verbis: Legi quæ de Seruetti blasphemijs, respondistis, & pietatem ac iudicia vestra probo. Iudico etiam senatū Geneuensem recte fecisse, quòd hominem pertinacem et non omitturū blasphemias sustulit. Ac miratus sum esse qui seueritatem illam improbent. Mitto de ea quæstione breues pagellas: sed tamen sententiæ nostræ testes.

Orationes hoc anno à Philippo scriptæ.

De Friderico admorso, 3. decl. p. 119.

De Sibylla, coniuge Iohan. Friderici ducis Saxonie, 3. decl. p. 134.

De dicto Salomonis: Et fui cum eo artifex ludens, in orbe terræ suæ, &c. In quæstionibus Eberi, fol. 124.

De dignitate Electorum, 3. decl. p. 227.

De vita Hieronymi Schurfij, 3. decl. p. 324

De lege, Placuit, 4. decl. p. 137.

G 4

De

De principe Georgio Anhaltino, 3. decl. p. 183. Est & præfixa præfationis loco, quinto Tom. operum Lutheri Wittebergens. nisi quod exordium tantum immutatum est. Legitur eadem in 4. Tom. decl. p. 542. Phil. in epist. ad Cam. p. 681. Mitto historiolum de principe Georgio, cui te quoque intexuimus. Et in epist. ad Collinū: Pagellas de bono principe Ascanio vobis mitto, cuius excellentes virtutes utinā potuissent melius pingere. Existimo autem prodesse tales historias iunioribus.

Kirchenordnung Pfalzgraffe Ottheinrichs / meistentheils vom Herren Philippo gestellet. Prodyt Norinberga hoc anno.

Præfatio, In cantiones Bohemicas M. Wenceslai Nicolaidis, accommodatas ad Harmonias vsitatas in ecclesijs Bohemicis.

In conuersam à se Lycurgi orationem, contra Leocratem, ad Christophorū Carolouitium, 20. Augusti.

In Procli Metaphrasin quadripartita Ptolemæi, 4. decl. p. 345.

Vber ein Büchlein Bilibaldi Ramspecken / von dem Reichen Man vnd Armen Lazaro.

Quæstio

Quæstio I. De sententia dicti: Et tu
Bethlehem Ephrata. Extat in questionibus
Eberi, fol. 125.

II. De dicto Augustini: Tolle iura Im-
peratorum, & nemo poterit dicere: hæc
villa mea est, Ibidem fol. 127.

III. An Fridericus iustè fecerit, susci-
piens defensionem, &c. Ibid. fol. 130.

III. De dicto: Si peccata vestra fue-
rint vt Coccinum, &c. Recitata post ora-
tionem de Friderico admorso, Ibid. 131. b.
& in 4. Tom. decl. Phil. p. 758.

V. An Laurentius debuerit mortè potius
velle, quàm tradere pecuniam, 4. decl. p. 4. 753

VI. De duobus dictis Pauli & Syracidis
in speciem pugnantibus, 4. decl. p. 822.

Propositiones de Ecclesia, 4. Tom. oper. Phi-
lip. p. 580. Et alia ibidem, p. 587.

Epitaphium à Philippo scriptum Johanni
Friderico duci Saxonie, Electori. In epigram.
Phil. R. 3. b. Aliud eius coniugi, Ibid. R. 4. a.

Versiculi Phil. ad scholasticos, vt munuscu-
lum ad aram offerant, In epigram. Phil. S. 7.
a. Alij de vagiente Ecclesia, B. 8. b. De matre
Cananea, D. 8. a.

Explicauit Topica Ciceronis, exorsus 18. Iu-
nij, finijt 14 Maij anni sequentis.

G S

Anno

Anno Christi 1555.

Ætat. Phil. LIX.

Noribergam venit Philippus, euocatus à Senatu, ad dijudicationem controuersie motæ ab Osiandro de Iustificatione hominis. Cam. in vita Phil. p. 350. Acta Synodica, G. 3. b. Philippus lib. 2. epist. Peuc. p. 459. Statim ut veni Noribergã, magna volumina sophismatum legere coactus sum, & mox scripta sunt iudicia, & subinde res easdẽ longioribus scriptiõib. explicare oportuit.

Oratio tum habita Noribergæ, extat 3. decl. p. 674.

Das der Mensch in der bekerung zu Gott / in diesem Leben gerecht werde für Gott / von wegen des gehorsams des Mitlers / durch Glaubẽ / Nicht von wegen der wesentlichen gerechtigkeit. Geschriebẽ vom Herrn Philippo Melancthonẽ zu Nürnberg / Anno 1555. vnd vnterschrieben.

Versiculi scripti Noribergæ, de lectiõne historie, extant in epigr. Philippi, H. 1. b. Cum compositis dissidijs de Osiandri dogmate, Noriberga domũ rediturus esset Philippus, mense Octo.

Octobri, scribit carmen ad Iustum Ionam, quod extat in epigr. Phil. P. 5. b.

Explicauit Officia Ciceronis, exorsus 2 J. May. Annotationes illas Peucerus postea anno 1562 Witteberga edidit, cum alijs commentarijs in 1. lib, Offic. scriptis à Craconio.

Loci theologici germanico sermone editi à Philippo. De his ipse Phil. in quadam ad Chytraeum epistola: Judico recentem Germanicam editionem meliorem esse libro latine scripto, cui titulus est: Loci Theologici. Victorinus Strigelius praeferebat hos locos germanicos, alteris latinis & multis alijs Philippi de doctrina Christiana scriptis libris.

Orationes has scripsit:

De arte medica, seu honore habendo corpori, 4. decl. p. 197.

De Salinis Saxonis, 4. decl. p. 278.

Oratio de coniugio à Chytraeo edita. Philippus syluulam illius orationis collegit, ut apparet ex quadam Philippi ad Chytraeum epistola.

Von der Predicanten vneinigkeit zu Northausen | scriptum Philippi non editū. De eo Phil. in epist. ad Cam. p. 683. Me cum alia negocia retinent, tum vero & Northausanæ controuersia, de quibus Senatui hodie respondere cogimur.

Postre-

Postrema explicatio prouerbiorum Salomonis, extat 2. Tom. operum Phil. p. 872. Prefatio ad Albertum ducem Megalburgensem.

Prefatio, præmissa Georgij principis Anhaltini scriptis ad Joachimum principem Anhaltinum: die Michaëlis.

In grecum Psalterium Dolscij.

In Matthæi Delij librum, de arte iocandi: extat in 4. Tom. decl. p. 568.

Quæstio I. Quare filius Dei dicatur λόγος, 4. decl. p. 814.

II. An politica potestas debeat tollere hereticos, Ibid. p. 799.

Hoc anno fecit Philippus dulcissimos illos versiculos: Nil sum, nulla miser, &c. Extant in epigr. Phil. D. 8. a. Item, alios in tabulam Ecclesie Dei, sub imagine Halcyonum, In epigr. Phil. C. 1. b.

Commentarij in aliquot Psalmos, 2. Tomo oper. Phil. p. 548.

Vnterredung der Pastorn vnd Predicanten zu Zerbst / geschehen zu Dessau / Anno 1555. 9. Septemb. Non editum.

Cæpit dictare latinum Chronicon Carionis, exorsus 13 Julij: Editum postea anno 1558 & 1560.

Anno

Anno Christi 1556.

Ætat. Phil. LX.

Enarratio epistola Pauli ad Colossenses, extat 4. Tom. oper. Phil. p. 324. cum præfatione ad Herlufum Troll, dominum in Hildrusholm, qua scripta est anno 1559, ut ex fine præfationis apparet.

Wernerii epistola edita πρὸς λόγος, ad quam extat Philippi responsio.

Enarratio epistola ad Romanos, cum præfatione ad Ulricum Mordisium, extat 4. Tomo operum Phil. p. 36. Philippus in quadam ad Chytræum epistola: Nunc vobis mitto exempla ὑπομνημάτων, que de epistola ad Romanos scripta edidi. Intexui & refutationem Osian-dri in 3. capite. Ad Thomam Matthiam in epistolis Manlianis, p. 255. Post paucos dies rursus edetur enarratio epistola ad Rom. cuius exemplū tibi mittam, quod volo te quoque, ut censorem, legere. Fuit enim hoc meum studium, ut simpliciter recitarem doctrinam Ecclesie necessariam: & questiones omitterem non necessarias, in quibus ostentant aliqui acumen, qui absurda mirantur, & despiciunt usitata: sicut de suis civibus di-

cib

cit Thucydides, esse eos contemptores vsitatarū
et applausores nouarū, quales nunc multi sunt.

Versiculi in commentarium epistolae Pauli
ad Romanos, extant in epigr. Phil. E. 7. a.

Tentata fuit reconciliatio inter Philippum
& Flaciū: de qua vide epistol. Philippi, unam
ad Flacium, in epistolis studiosorum Witteber-
gensium. Alteram ad Hubertum Languetum,
& lib. 2. epist. Peuc. p. 548.

Hoc anno scripsit Philippus iussu aulae ger-
manicæ: Vom National Concilio. Non
editum.

Respondit germanicè ad XI questiones à
Maximiliano, tunc rege adhuc Bohemia, per
Doctorem Richterum, I. C. ad se missas sibiq;
propositas. Facit eius Philippus mentionem in
epist. ad Cam. p. 702. Nunc respondeo optimo
iuueni τὸ ἔχοντι ὄνομα ἡοῦ θετῶ τῶ σκιπίωνος
& volumen mitto. Et lib. 1. epist. Peuceri, p.
295. Hodie hinc rursus discedit nuncius qui
nostram responsionem adfert πρὸς τὸν ἔχοντα
ὄνομα τῶ ἡοῦ θετῶ τῶ σκιπίωνος. Et in episto-
la ad Hardenbergium: Jam alio magno labo-
re occupatus sum in responsione adornanda de
multis doctrinae articulis, ad quendam poten-
tem & bonum principem. Has responsiones
Philippi, decennio post, quam ab autore scriptae
fuerunt,

fuerunt, curauit Lipsia excudi Nicolaus Sel-
neccerus, & omiſſa mentione illius principis,
ad quem fuerunt miſſe: tantum hunc titulum
prepoſuit: Chriſtlicher vnd gründtlicher
Bericht / auff etliche gemeine Hauptfras-
gen vnd Obiectionen der Papisten vnd
anderer / von den fürnembſten Stücken
der ſtreittigen Artickel / ꝛc. Geſtellet
durch den Ehrwürdigen / Hochgelarten
Herrn Philippum Melanchthonem.

*Orationes has ſcripſit, quæ extant omnes
in 4. Tom. declamat. Phil.*

*De iudicijs Eccleſiæ, & discrimine pœnæ Ec-
cleſiaſticae, p. 1.*

*De discrimine legum politicarum & tradi-
tionum humanarum in Eccleſia, p. 14.*

De capta Conſtantinepoli, p. 147.

De diſciplina Scholæ Roſtochianæ, p. 161.

De dignitate ſtudyi Iuris, p. 82.

De cauſis putrefactionis, p. 208.

De vita & ſcriptis Plinij, p. 356.

*De pontificum ambitione, monarchia, ty-
rannide, p. 606. & 5. decl. p. 4.*

Prefationes:

In 7. Tom. operum Lutheri, 4. decl. p. 560.

In Helmboldi hiftoriam Slauiam.

Über

Vber Christophori Lasij Büchlein:
Das güldene Kleynd / vom verlornen
Schaff.

Vber die *historiam Anhaltinam* Erne-
sti Brotusij: An Fürst Joachim von Ans-
halt. Calend. Augusti.

*Propositiones de discrimine verae Ecclesie
& aliorum hominum*, 4. Tom. oper. Phil. p.
595. *Alia*, *Ibid.* p. 604.

*Responsio ad criminationes Staphyli & A-
uij*, 4. Tom. oper. Phil. p. 813. *Et ad finem
epistolarum studiosorum Wittebergens.*

Quæstio I. *An Christus sit inuocandus
ut mediator*, 4. decl. p. 762.

II. *Vtrum λόγος apud Iohannem signifi-
cet personam*, 4. decl. p. 787.

III. *De dicto Pauli: Nemini quicquam
debeatis*, *Ibid.* p. 794.

IIII. *Vtrum pastori liceat habere iuris-
dictionem*, *Ibid.* p. 827, & Tom. 5. declam.
p. 15.

*Versiculi Philippi de appellatione Siloh.
In epigr. Phil. S. 1. b. De dicto: Sit dilectio
tua in eis. Ibid. D. 8. b. Gigantes clamore asi-
ni dissipatos esse. Ibid. G. 2. b.*

*Carmen de Cometa huius anni. In epigr.
Phil. S. 8. b.*

Edidit

Edidit Riccius in Ciceronis epistolas fami-
liares argumenta Philippi Melanchthonis,
que tum ordinem scriptorum & seriem histo-
riarum, tum locos Rhetoricos complectuntur.
Eundem librum postea auxit Riccius multis a-
liorum accessionibus, & post mortem Philippi
edidit tribus Tomis distinctum, quod idem fe-
cit de annotationibus Philippi in Terentij Co-
mædias.

H

Anno



Anno Christi 1557.

Ætat. Phil. LXI.

Colloquium Wormatiense fuit, in quo Philippus postremo cum pontificijs congressus est. Cam. in vita Phil. p. 361.

Historia huius colloquij extat in lib. 1. epistolarum Peuceri, p. 201, & lib. 2. epist. Peuc. p. 88. 89. 462 & 567.

Scriptum collocutorum Augustane Confessionis, qui in vrbe Vangionum fuerunt, donec aduersarij colloquium abruperunt: extat separatim in quarto impressum Witteberga.

Abschied der Abgesandten Augspurgischer Confession zum Colloquio in Wormbs/welche so lange allda verharret/biß die Widersac̄ er nicht habē fern̄er procediren wollen. 1. Decembris scriptum, subscriptum & editum à Philippo.

Alij articuli germanicè scripti à Philippo, ac propositi in vrbe Vangionum collegis amplectentibus Augustanam Confessionem, ut de ijs deliberaretur, & controuersia tollerentur, de quibus in articulis dicitur. Non editi.

Formula Concordie de controuersis articulis huius colloquij Wormatiensis, extat in quar-

quarto Tomo operum Philippi, pag. 807.

Acta huius colloquij extant in 4. Tomo operum Phil. p. 789.

Dum abest Wormatiæ Philippus: domi amittit uxorem XI. Octobris. Cam. in vita Phil. p. 369. Vide 3. Tom. Intim. fol. 119. Epitaphium coniugis Philippi extat in epigr. Phil. P. 3. Epistola de morte illius ad Rectorem & Academiam Wittebergensem extat lib. 2. epist. Peuceri, p. 470.

Proficiscens Wormatiã, scribit inter vias carmen ad Rectorem & professores Marpurgenses, quod extat in 3. parte Intim. fol. 113. & in epigr. Phil. G. 3. a.

Ipso vero tempore conuentus, scripsit hos versiculos: Ad Selæum de obitu fratris. In epigr. Phil. H. 3. a. Phalacium de festo Elisabethæ. Ibid. H. 3. b. De natali Lutheri. Ibid. H. 5. b. Precationem. Ibid. O. 3. b. In reditu scribit eum ad Christum, quam mittit ad Doct. Georgium Craconium. Ibid. S. 6. b. De veterum principum pietate & monasteriorum origine, scriptum Phalacium in monasterio, cui Solitariae nomen indidit Carolus Magnus, In epigr. Phil. H. 5.

Epistola ad Henricum II. regem Franciæ, scripta nomine Theologorum, qui conuenerant

H 2

Worma-

*Wormatie, extat lib. 1. epistolarum Peuceri,
p. 112.*

*Scrisit etiam tunc ad ducem Wirtenber-
gicum, in legatorum Gallicorum causa: Et
ipsis legatis Gallicis prescripsit formulam con-
fessionis, quam illi subscriperunt.*

*Hoc anno due sunt misse ad Philippum le-
gationes: de quarum utraque in epistola ad
Bucholcerū inquit Philippus: Durius multo
mecum egerunt Megalburgenses, quàm
Saxonici, &c. Prima legatio fuit Flacy, pro-
pter conciliationem superiore anno tentatam.
Altera ducis Megalopyrgensis.*

Prima legatio.

*Legatio Flacy ad Philippum venit Witte-
bergam 18. Ianuarij: discessit 28 Iann. cum
fuisset Witteberga dies ferme 9. & dies 6
tractationibus illis suis consumpsisset. De quo
negocio videantur epistole studiosorum Wit-
tebergensium, M. 3. & seq. Philippi scripta
in hac legatione extant ibidem tria:*

*I. Responsio ad ea quæ legati in primo con-
gressu proposuerunt, 21. Ianuarij, M. 4. b.*

*II. Responsio ad scriptura legatorum Saxo-
nicorum, 22. Ianuarij, O. 1.*

*III. Responsio ad articulos primo propo-
sitos, & postea, noua in aliquibus conformatio-
ne, re-*

ne, repetitos & iterum ab Illyrico propositos,
27. Ianuarij, P. 4.

Secunda legatio.

Legatio ducis Megalopyrgensis ad Philip-
pum, venit Wittebergam, die 19. Februarij.
Cumq; eo tempore abesset Philippus, expectan-
dum fuit per dies quinq;: ac 24 die Philippus
legatos audiuit: ac respondit scripto, die eius
mensis 25: quod extat in epistolis studioso-
rum Wittebergensium, R. 1.

Orationes hoc anno has scripsit, quae ex-
tant omnes in 4. Tom. decl.

De pulmone et discrimine arteriae Tracheae
& Oesophagi, p. 617.

De cura recte loquendi, p. 627.

De medicina usu & sympathia ac antipa-
thia, p. 643.

De Ernesto Brunsvicensi, p. 650.

De studijs veteris Philosophiae, p. 666.

De Erasmo Roterodamo, p. 706.

Orationes sequentes extant in
5. Tom. decl. Phil.

De legibus, p. 42.

In recitatione legum pronuntiata, p. 37.

Quaestio I. Sequatur ne, vocem mini-
sterij non esse medium, quia vnus Christus sit
mediator, 4. decl. p. 829.

H 3

II. De

II. De februum rigoribus, 4. decl. p. 833.
& 5. decl. p. 25.

III. De crudis fructibus, 4. decl. p. 840.
& 5. decl. p. 32.

IIII. De Aphorismo quodam Hippocratis,
3. decl. p. 763.

V. An apud Johannem necesse sit intelli-
gi λόγος ἑπισάμωνος. Extat in questionibus
Eberi, fol. 150.

VI. Utrum secundum scriptas leges sit
pronunciandum. Ibid. fol. 152. b.

VII. Cur pueri calculis vesicae crebrius, re-
num rarius infestentur. Ibid. fol. 166.

VIII. De Stenckfeldtano delirio. Ibidem
fol. 169.

Praefatio. In Isagogen ad libros propheti-
cos & apostolicos, autore Palladio, 4. Tom. decl.
p. 590.

In catalogum aliquor haeresium huius aeta-
tis: eodem Palladio autore.

In tabulam itineris Israëliitarum, autore
Tilemanno Stella. Additus commentarius
brevis de precipuis illius tabulae regionibus &
locis.

Duae praefationes respondentium in dissu-
zatione. Extant in questionibus Eberi, fol.
153. b. & 154. b.

Enarratio

*Enarratio symboli Niceni altera, 2. Tom.
op. Phil. p. 210. Extat & separatim impressa
cum prefatione M. Joh. Sturionis, ad Geor-
gium Fridericum Marchionem Brandebur-
gensem.*

*Interpretatus est rursus orationem Demo-
sthenis πῶσι σεφάων. Intim. 3. Tom. fol. 87. b.*

*Carmen de Encanijs celebratis Jerosolymæ,
propter memoriam repurgati templi. In epi-
gram. Phil. P. 6. b.*

*Due gratiarum actiones in Doctōratu.
Extant in questionibus Eberi, fol. 155. b. &
156. b.*

*Versiculi de initio noui anni. In epigr. Phi-
lippi E. 1. a. Item alij de Monarchijs, ex Da-
niele Propheta, Ibid. E. 8. b.*

Anno Christi 1558.

Ætat. Phil. LXII.

*Respondit criminationibus Staphyli & A-
rij. Cam. in vita Philip. p. 372. Scriptum
ipsum extat 4. Tom. oper. Phil. p. 813. Et ad
finem epist. studiosorum Wittebergensium.*

*Commentarij in Mattheum editi à Fro-
schelio hoc anno, sed diu ante à Philippo scripti,
circa annum 1540. Extant in 3. Tom. oper.
Phil. p. 247.*

*Hoc anno dux Borussiae edidit Agendam
Ecclesiasticam, ut vocant: in cuius prefatione
princeps ipse commemorat, se curasse illum li-
brum à Philippo prius inspici: & quicquid ab
eo fuisset in eo adscriptum, id sese de verbo ad
verbum esse sequutum.*

*Prototypon recessus Francofordiensis: scri-
ptum est germanicum. Non editum.*

*Artickel derer sich die Churfürsten vñ
Fürsten auff dem Wahltag zu Franck-
ford am Mayn verglichen/welche Illy-
ricus das Samaritanische Interim ges-
nennet / vnd darwider geschrieben hat.
Gestellet vom Philippo Melanchtho-
ne. Nicht edirt.*

Antwort

Antwort Philippi Melanchth. auff
die Weimarische Schrifft / wider die
Francfordische Artickel.

Antwort auff des Raths zu Türna-
berg Frage / von den Francfordischen
Artickeln / Gestellet von Philippo Mel-
anchthone. Nicht gedruckt.

Oratio, De vita Johannis Bugenhagij, 3.
decl. p. 772.

De Gregorio Nasianseno, 5. decl. p. 50.

De Ludouico Bauaro Imp. 5. decl. p. 72.

Libellus propositionum, de quibus Philip-
pus disputauit, editus cum prefatione Philip.
Extat 4. Tom. oper. Phil. p. 464.

Chronicorum pars prima à Philippo scri-
pta prodiit. Philippus in quadam epistola ad
Abdiam Prætorium: Propter adulescens
tes, repetiui in Scholis seriem veterum
Imperatorum, quam certe prodest illi æta-
ti proponere. Vtinam ad narrationes
ipsas perpoliendas plus & temporis & es-
loquentiæ mihi contigisset. Sed spero
alios & feliciores & magis disertos hoc
exemplo excitatos, meliora scripturos
esse.

Prodierunt Basilee Pindari Thebani Lyri-
corum veterum principis poemata, per Philip-

H S pum

pum Melancthonem latinitati donata, cum
eiusdem præfatione ad Carolouicium.

Judicium Academiae Wittebergensis, de
controuersia Cæna, à Phil. Mel. conscriptum,
& missum Ecclesys Transyluanie. Editum
cum Exegesi Curæ Heidelbergæ in 8.

Præfatio Philippi in Catechismum Trocen-
dorfij.

Scriptum Philippi, impositum in globum
turris arcis Wittebergensis, mense Julio.

In Epicedion Melchioris Acontij scriptum
de Erasmo Roterodamo epigramma Philippi.
In epigr. Phil. G. J. a. Et 2. Tom. decl. Phil.
p. 429.

Epigramma ad Petrum Vincentium in die
natali Platonis, In epigr. Phil. O. 3. b. Aliud
ad eundem. Ibid. O. 4. a. Versiculi: Petendum
ut simus unum in Christo. Ibid. F. 1. b.

Edita versio narrationis apud Xenophonem,
de contentione virtutis & Ignauia.

Anno

Anno Christi 1559.

Ætat. Phil. LXIII.

Scripsit græcam epistolam ad Josephum patriarcham Constantinopolitanum, per Demetrium diaconum Ecclesie Constantinopolitane, qui venerat Wittebergam, & ibi per semestre commoratus fuerat, ut cognosceret doctrinam illarum Ecclesiarum, cuius explorandæ causâ profectioem susceperat. Epistola illa græca Philippi appressa est ad finem poematum Crusij. Ad illam epistolam addidit Philippus exemplum Confessionis Augustanæ græcum: nomine Dolscij editum, sed à Philippo compositum: de quo ita in quadam ad Bordingum epistola: Mitto tibi interpretationem græcam Confessionis, sine meo consilio editam. Probo tamen phrasin, ac mihi Constantis nopolin per virum doctum, qui ibi Diaconi officio fungitur, & tota estate noster hospes fuit, ac narrauit, multas adhuc ecclesias in Asia & in Thracia et vicinis regionibus esse, sed paulatim propter feruitutis & rumnas diminui frequentiam. Facit eius mentionem Cam. in vita Phil. p. 377.

Ad Demetriū hunc extat distichon græcum Phil. in epigr. Phil. P. 7. a.

Ora.

*Orationes has scripsit, quae extant omnes
in 5. Tom. declam. Philippi.*

*De congressu Bononiensi, p. 87. Inde eam
transcripsit totam Chytraeus in historiam Au-
gustanae Confessionis, à se editam: sed Phi-
lippum non nominat. Huius congressus bre-
uiter idem Philippus mentionem facit, 4. de-
clamat. p. 806. Repetitur & in matricula
Wittebergensi sub anno 1558.*

De anatomia, p. 106.

De virtute, an sit habitus, p. 117.

*De questione, An ad Cœnam Domini ad-
mittendi, qui litigant in foro, p. 154.*

*De dicto Pauli: Ascendit in altum cas-
ptiuam ducens, &c. p. 166.*

*De charitum appellationibus, p. 130. De
hac oratione Philippus in quadã ad Collinum
epistola: Mitto vicissim nostro more pas-
gellas, in quibus est oratio πρὸς χάριτος,
cuius lectionem tibi viro amanti iustis-
ciam & beneficentiam spero iucundam
fore. Oppono non solum χάριτας furis
inimicorũ nostrorum: sed multo magis
χάρις θεοῦ δ' οὐθεῖσ' ἀπ' δ' ἰὰ ὑορ.*

Prefatio in Conradi Pauli libros, de usuris.

*In Psalterium Siberi, quae simul extat in
lib. 2. epist. Peuc. p. 581.*

In

*In graecam Grammaticam Michaëlis Ne-
andri.*

Über das Büchlein Erasmi Sarcerij;
Creuzbüchlein genandt.

Über die Beyerischen Artickel / bloß
ohne Refutation außgegangen.

*Responsio ad articulos Bauarica inquisitio-
nis. Vltimū scriptum Philippi. Extat 1. Tom.
oper. Philippi, seu in Corpore doctrinae.*

Bedencken Philippi auff der Fürsten
Deliberation / von Bündnissen vñ vom
Synodo. 18. Decembris. Ist nicht edirt.

*Aliud germanicum scriptum, de potestate
pontificis in electione Romani Imperatoris,
hoc titulo: Von vnterscheid des Kirchens-
ampts vnd Weltlicher Obrigkeit. Non
editum.*

Antwort Philippi auff das Buch der
Weimarischē Confutationschrift / Ges-
andt an den Churfürsten Augustum.
Non editum.

*Hoc anno inclytus princeps Fridericus, Pa-
latinus ad Rhenum, sacri Imp. Elector: misso
silentiario Stephano Cirlero, cum litteris &
mandatis, petebat à Melanchthone iudicium
de controuersia Cæne. Id iudicium Philippi
postea variè est acceptum & tractatum.*

Eodem

Eodem anno respondit ad decretum Abbatum Wirtembergensium. Quae autem sit summa illius responsionis, ostendit Philippus ipse in lib. 2. epistolarum editarum à Peuce-ro, pag. 379. ubi inter alia sic scribit: Respon-di breuiter & affirmo, me prorsus retinere formam verborum ante multos annos editam in examine Ordinandorū, quod in multis gentibus legitur. Papi-sticos vero & Methonæos, & Abbatum Wirtembergicorum & Westphali, Sara-cerū & similibus articulos in hac causa manifeste pugnare cum vetere puriore Ecclesia, meos offero ad declarationem & de hac causa & de alijs propter quas crudeliter laceror à multis hostilibus ex-ercitibus.

Tunc etiam Bremensibus respondit, de con-trouersia Cæne: Et Francofurtensibus & We-saliensibus consuluit de exulibus Anglicis. Non sunt edita.

Ad Senatum Hamburgensem, extat epi-stola lib. 1. epist. Peuc. p. 373.

Catechismus Froschelij primū hoc anno editus, autor eius Philippus.

Epigrammata Philippi edita hoc anno, cum præfatione Philippi: Postea eadem locupletius edidit

edidit 1563 clarissimus vir Dn. Petrus Vincentius. Sed & alij passim reperiuntur Philippi versiculi, qui nondum in hunc sunt catalogum relati.

Propositiones, 4. Tom. oper. Phil. p. 611.

Versiculi de coniugio Iohannis Cratonis D.
In epigr. Phil. E. 5. b. Alij, de tabulis Geographicis, Ibid. G. 5. b. Precatio & exhortatio ad doctrinae studia & inuocationem. Ibid. F. 1. Gratiarum actio pro beneficio nati & exhibiti Christi. Ibid. E. 1. b. Alia precatio. Ibid. E. 2. a. Ad studiosam iuventutem, pro felici anni auspicio. Ibid. F. 1. a.

Anno

Anno Christi 1560.

Ætat. Phil. LXIII.

Edita altera pars Chronici Carionis Philippici, cum prefatione ad Sigismundum Archiepiscopum Magdeburgens. &c.

Orationes à Philippo scriptæ:

De Gregorio Pontano, in promotione generi sui Peuceri, 5. decl. p. 182.

De Ecclesia Christi, 5. decl. p. 215.

De verbis 1. Paralip. 17. Aspicias me in forma hominis, 5. decl. p. 230. Hæc ultima fuit Philippi Melancthonis oratio, non sine presagijs mortis, paulo post consecuta, scripta. Nam pag. 236 vocem Cadaver sexies repetitam lector reperiet.

Prefatio super tabulas Nysæi, in Locos communes Philippi.

In tabulas coniugationum hebraicarum, autore M. Francisco Titio, ad Joachimū principem Anhaltinum.

In Confessionem suam Augustanam, 16 Februarij.

Über die Hochzeitpredigt Graff Albrechts von Harby, 18. Januarij.

Über

Vber das Büchlein Bartholemæi
Georgiewitz/*de Turcarum moribus*. Von
Jacobo Eysenberg aus dem Latein ins
Deutsch gebracht.

Propositiones de iudicijs Ecclesie, 4. Tom.
oper. Phil. p. 620.

*Initium testamenti quod inchoauit scribere
Philippus in morbo, extat in narratione à
Wittebergensibus edita de Philippi vita in
terris clausa. F. 2. b.*

*Vltima intimatio Philippi, proposita in pa-
schate, Rectore Georgio Cracouio Doct. Extat
in 4. Tom. Intimat. Witteberg. N. 4. b.*

*Vltima epistola quam in his terris scripsit
Philippus, est ad Johannem Aurifabrum Vra-
tislauensem, tunc in Prussia degentem. In illa
epistola inter alia hæc sunt verba: Illustris-
simo principi (Prussia) tanquam moriturus
commendauit doctrinã tuam, & de consensu
plurimarum Ecclesiarum vero &
pio scripsi. Hanc doctrinam tibi quoq̃
commendo.*

*Vltima Philippi lectio 12 Aprilis: in qua
explicauit Esaia verba cap. 53. Quis credit
sermoni nostro, &c.*

*Huius anni die 19 Aprilis, cum ante dies
63 impleuisset annũ Climactericum 63. mo-*

I ritur

ritur Philippus Melancthon, vir naturæ bo-
nitate, dotibus eximijs ingenij, rectitudine iu-
dicij, amore & studio proferendæ atq; expli-
candæ veritatis, Christiana pietate, vitæ inte-
gritate, ac sanctimonia, beneficentia erga pau-
peres, in ferendis iniurijs inuicta & inimita-
bili patientia, humanitate, prudentia, doctri-
na, eloquentia præstantissimus, verum Spiri-
tus sancti organum, & omnium sanctarum vir-
tutum viuum exemplum: ac beatissima eius
anima gratum ac dudum exoptatum portum
laborum & miseriarum contingit.

Felix illa apis est, quæ non ingrata laboris,
Hinc pia ab innocuis mella bibit folijs:
Sed quàm defit odor folijs, quàm gratia flori:
Sylua prius folijs, flore carebit humus.

Beneuol

Beneuolo Lectori.

NE forte libellos in catalogo à me citatos in-
quirere volentes ignari sint, quas editiones
secutus fuerim: breuibus de eo commonefacien-
dum lectorem duxi. Ac de cæteris quidem citatis
libris Philippi, nulla est deliberatio, cum sui simi-
les sint editiones pleræq; omnes & in numeris pa-
ginarum nulla sit discrepantia: Soli Tomi decla-
mationū, quia toties sunt recūsi, diuersitatem pa-
riunt. Sciat igitur Lector, me editiones meorum
exemplarium fuisse secutū, in quibus primus & se-
cundus Declamationū tomī An. 1544. Argentorati
sunt expressi. Tertius et quartus ibidē quidem
sunt excusi: sed ille anno demum 1566, hic
1567. Quintus & sextus prodierunt Vittebergæ,
ille anno 1572, hīc anno 1571. Cæterum ne
vacuam chartam daremus: subiicienda esse puta-
uimus, quæ inter relegendū expressas chartas, mi-
hi in mentem venissent: quam & ipsam operā no-
stram non improbatum iri confido. Si quid autē in
annis alicubi, quod suspicor, erraui: vt me benigne
moneat lector, oro id quoq;. Deniq; si animad-
uerterō non plane nullā me iniisse gratiam hu-
ius Catalogi editione: dabo operam, vt adiutus
amicorum studijs & symbolis huc collatis, locu-
pletior paulo post ille prodeat. Vale candidissi-
me lector, & hunc catalogum nostrū, si non alio,
at Indicis loco super omnia aut pleræq; omnia
Philippi scripta, habeto.

Ad annum Christi 1524.

*Hoc anno edita per Wenceslaū Linck con-
cio germanica Lutheri, super Euangeliū Mat-
thaei 18. Simile est regnum coelorum ho-
mini regi, &c. Addita appendix ex lectio-
nibus Philippi Melancthonis super eundem
textum.*

Ad ann. 1527.

*Vbi fit mentio primae visitationis. Philippus
non facit toties vllius libri abs se editi mentio-
nem, quam huius quem scripsit in visitatione,
Et significat non obscure, se eo libro initiatum
esse studijs theologicis. In quadam epistola ad
Hardebergium sic scribit: Cum esset ma-
gna dissimilitudo opinionū ante annos
fere XXX, inspectio Ecclesiarum prae-
buit mihi occasionem edendi summam
doctrinae ita recitatam, vt multae con-
trouersiae dñudicarentur, & monstrare-
tur forma orationis propria in multis.
Eam rem profuisse ad coniunctionem
qualemcunq; Ecclesiarum existimo.*

*Hoc anno, edita est per Philippum germa-
nica explicatio vtriusq; epistola Pauli ad Co-
rinthios, Wittenbergae in 8.*

Ad

Ad ann. 1529.

Tractatus: An Christianis liceat litigare in iudicio. Adde: Titulus libri est. Ob auch Christen mit gutem Gewissen für Gericht handeln / vnd gerichtliche Ordnung brauchen mögen. Ein kurzer vnterricht Philippi Melancthonis.

Ad ann. 1530.

Vbi agitur de Confessione à Philippo scripta, alijs sententijs Philippi, addatur & hac de labore Philippi, in scribenda Confessione Augustana, ex epistola ad Hardebergium: Cum esset initio magna opinionum confusio, & postea Augustæ Anno 1530 Confessio exhibenda esset: nemo complecti integrum doctrinæ corpus voluit. Ego magno cum periculo complexus sum, ac tot iam annos laboro, vt extet summa doctrinæ proprie explicata. Idem in epistola ad Flacium, & ad alios sæpe hoc repetit: Scripsi Augustanam Confessionē tunc, cum haberem reprehensores multos, adiutorem neminem, &c. Et in alia ad amicum: Si nunc mihi adornanda esset Confessio

felsio illa t accuratius omnia complectere
rer, quàm eo tempore licebat.

Ad ann. 1533.

Primi Evangelici Doctores, &c. creati
sunt. Adde. In ipsius Electoris Joh. Fri-
derici presentia, qui magna cum voluptate spe-
ctator & auditor fuit illius actus.

Ad ann. 1536.

Ad mentionem Formulae Concordiae ad-
datur. Hac Concordia Wittenbergensibus, in-
primis vero Philippo, qui formulam, de man-
dato reliquorū composuerat, necessitatem im-
posuit, ut in posteriore confessionis recognitio-
ne, quæ Concordiam istam biennio post, viuen-
te Luthero & durante Concordia, secuta est,
omitteretur sententia illa damnatoria: Im-
probamus secus docentes: quam olim durante
ipso conuentu Augustano Ann. 1530 suis
manibus expunxerat Philippus Hassia Land-
gravius. De eadem Concordia Philippus an-
no 1552 ad amicum quendam ita scribit: In
ysu vere & substantialiter adest Christus
& est efficax in vera consolatione. Cur
mouentur disputationes de inclusione
extra ysum? Doceo eadem quæ leguna-
tur in

etur in meis scriptis. Et in eam sententiam fuit facta Formula Concordiæ ante annos sedecim, inter Lutherū & multos qui ex Ecclesijs superioris Germaniæ huc aduenerant, &c.

Ad ann. 1541.

Vbi fit mentio regule: Nihil habet rationem, &c. Adde. De hac regula Philippus scribens ad amicum quendam vere gloriatur, Anno 1550. Nemo in his regionibus hanc propositionem scripsit præter me: Nihil habere rationem Sacramenti extra usum institutum.

Ad ann. 1543.

Ad mentionē Reformationis Bonne scriptæ, addantur hæc: De reformatione Coloniensi, ad cuius libri exemplum facta sit, & quid quisq; in ea scripserit sic Philippus recitat in epistola ad Crucigerum: Scripsi vobis antea, Episcopum secutum esse formam Noribergensem: eratq; ante meū aduentum institutus liber ad exemplum Noribergense scribendus. Retinuit pleraq; Osiandri Bucerus: quosdam articulos auxit, vt est copiosus. Mihi cum

omnia relegissem attribuit articulos πῶς
ἔγωγε ὑποθέσω, de creatione, de peccato or-
iginis, de iusticia fidei & operum, de Ec-
clesia, de pœnitentia. In his consumpsi
tempus hætenus, & legi de ceremoniis
baptismi & Cœnæ Domini, quæ ipse
composuit.

Ad ann. 1547.

*Ubi fit mentio libri Iusti Menij, &c. scien-
dum, librum illum à Philippo scriptum fuisse,
& nomine Menij editum. Marcellus postea
eundem germanice conuertit.*

*Eodem anno edita interpretatio psalmo-
rum Davidicorū à Georgio Maiore, quæ Phi-
lippi myrothecium redolet. Sic enim Stur-
mius in præfatione illius psalterij: D. Geor-
gij Maioris utimur volumine: quoniam
minimum recessit ab interpretatione ve-
teri: & illius argumenta, & explicati-
culæ illustres sunt: & Philippi Melanch-
thonis myrothecium redolent.*

Ad ann. 1551.

*De repetitione illa Confessionis scribit Phi-
lippus in epistola ad Flacium Illyricum: Re-
prehendis quod repetitionē Confessio-
nis*

nis scripsi : Scripsi & priorem, cum quibus
dem repræhensores haberem multos, ad
iutorem neminem : nec opinor eas dissi
dere : & existimo multas materias com
modius recitatas esse.

Ad ann. 1559.

*Responsionem ad articulos Bauarica inqui
sitionis, Philippus solitus fuit nominare suum
testamentum.*

Ad ann. 1560.

*Vbi legitur: Prefat. In Confessionem Au
gustanam : expungantur hæc : & reponatur :
In Corpus doctrinae primum tali forma editum.*

Epitaphium

PHILIPPI MEL-
LANCHTHONIS INI-
tio conscriptum,

Laminæ enim æreæ spacium
quædam non admisit.

Philippo Melanchthoni sacrarum
literarū solertiss. & fideliss. explica-
tori, veritatis cælestis patrono & propu-
gnatori in primis strenuo, opt. discipli-
narum & artiū cum instauratori tum
conseruatori: Qui omnē doctrinā quasi
vagā ac dissipatā collegit & ad cer-
tam rationē reuocauit: viro pietate,
studio pure castæq; religionis, sapientia,
virtute, humanitate, benignitate erga
omnes præstanti, feliciter & sancte in
terris mortuo XIII. Cal. Maij, C. V.
an. LXIII. M. 2. D. 2. H. 1.
Acad. Vuitteberg. cui ille totis annis
XLII. operam nauasset H.M.P.C.

Vitam fortunamq; suas studiumq; laboris
 Quiq; opera sanctam consiliq; fidem
 Impendit diuina tuis, Ecclesia, rebus,
 Teq; pius varia iuuat & auxit ope:
 Hac in parte sibi post mortem structa Melanchthon
 Communi in luctu busta Philippus habet.
 Qua templi foribus magna vicina Lutheri
 E regione solum quod tegit ossa, videt.
 Bretta hunc vitales natum produxit in oras,
 Bretta Palatini limes amœnus agri.
 Vnde propinqua petens adiit bonitate suorum
 Diuerso Aonidum templa sacrata loco.
 Ludus enim puerum accepit Phorcenidos vrbis,
 Eytelpergiaci mox schola gymnasij.
 Doctrinae hinc fecit iuuenem alma Tubinga Magistrum,
 Eximium laudis gessit vbi ille decus.
 Inde triumphator Monachorum Capnio iussit
 Albidos hunc ripam visere Saxonici.
 Tunc noua Dux Friderichus vbi collegia Musis
 Romani fundans ensifer imperij
 Vndiq; conductis praestanti laude parabat,
 Artis & ingenij reddere clara viris.
 Hic & coniugium gentis sortitus honesta,
 Factus & est sexus mox vtriusq; pater:
 Et socio ipso annis viginti octoq; Lutheri
 Vuittenbergiae Res fuit ampla Scholae.
 Quam septem bis adhuc prouexit deinde gubernans,
 Fluctiuagam vt vastum per mare nauta ratem.
 Heu tempestates quas hic perpeffus, & ad quam
 Scenos haec scopulos acta carina fuit?

Quam

Quantum externi odij, quantum inuidiaq³ suorum,
Ingratorum hominum quæ maledicta tulu?
Ipse tamen quamuis resstantibus vndiq³ ventis,
Directum est, retinens vera, secutus ier.
Fortia nec clamor latrantis pectora turba,
Nec vulgus strepitu mouit inane suo.
Summa petit liuor, nemo hunc superare nisi ipse
Possit, si studijs ocia suppeterent.
Ista sub obliquo norunt quoq³ sole locati,
Quiq³ sub opposito forsitan axe iacent.
Scripta sed illius memorabilia inter & acta
Plurima, quæ solida nomina laudis habent,
Vnum opus eximium est: Fidei confessio sanctæ,
Ante tuos Cæsar Carole lecta pedes,
Extat enim illius assiduo hæc descripta labore,
Vera reconcinnans dogmata sparsa prius.
Languida qua Christi iam dudum Ecclesia nitens,
Rursum oculos audeat tollere lata suos.
Concurrant inimici omnes licet vndiq³, hic vnus
Consutare potest improba dicta liber.
Actua nunc terris floret bona fama Philippe,
Viuit & æternum spiritus ante Deum,
Corpus at exanimatum tumulo hoc requiescit humatum,
Condecorant gratæ quem monumenta scholæ:
Quod tandem expletis, senio curisq³ grauatum
Sexaginta annis, exuis atq³ tribus.
Sic morbo vt paucis nisi debilitante diebus,
Muneris officium feceris omne tui.
Atq³ olim ætherias venies reuocatus in auras
Integer, & mortis liber abinde metu.

Sancte

*Sancte vir & salve pater optime. Nos tua semper
Te soboles merita religione colet.
Doctrina nobis vera tu doctor & autor,
Hæc, tua, clara ætas munera laudis habet.
Salve iterum atq; iterum. Tua nos immota manebit
Semper apud memores gloria, nomen, honos.*

*Jochimus Camerarius Pa
beperg. Am. S. S. F.*




Philippus Melanchthon de seipſo & ſuis ſcriptis.

Ego noſtram doctrinam ita certam, firmam & ualidaſſimam eſſe iudico, ut nulla ratione, nulla ſapientia, nullo pacto deniq; conuelli poſſit unquam. Vis ſi forte afferatur, affligere ea nos poterit: Veritatem quam noſtra doctrina profitetur, non opprimit. Eſſi autem ſepe deſideraui & optaui, ut docti & boni de uniuerſa doctrina colloquantur, & poſteritati relinqueretur uera & ſimplex multorum piorum & eruditorum testimonijs explicata ſententia in omnibus articulis: tamen id tempora impedierunt. Interea quantum potui curaui ut res neceſſariæ mediocriter explicarentur. Non opes, non gloriam, non uoluptates quaerui: Imo nec φιλονεικία motus ſum ulla. Hanc conſcientiam circumfero, & etiam auferam mecum, quocunq; diſcedendum erit.

Idem Philippus in reſponſione ad Flacium.

De uniuerſa doctrina ſentio, quod ſcripſi in eo libro, qui in multorum manibus eſt, titulo locorum Theologiarum, in quo non uolui nouum doctrinae genus conſtituere: ſed fideliter collegi doctrinam communem harum Eccleſiarum, quæ amplexæ ſunt confeſſionem exhibitam Carolo Imperatori, Anno M. D. XXX. quam ſententiam iudico eſſe perpetuam Eccleſiæ catholicæ doctrinam, & uolo dextre & ſine ſophiſtica & ſine calumnijs intelligi id ſcriptum.



ALVE





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

de Mytilino

ologia

orum

P P I M E
THONIS.



L I C I I

Ambrosij Fritschij.

Anno

X X X I I .

99
92
4